

Johann Christoph Otto Johann Ludwig Ruel

Disputatio Inauguralis Theologica, Principem illam, magniq[ue] momenti proponens Controversiam, De Monarchia Ecclesiastica, In quantum Pontificii pro asserenda illa Sensum Loci, Matth. c. XVI. v. 17. 18. tot interpretationibus nobilitati, inducere satagunt ...

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740016601>

Druck Freier  Zugang




R. U. Med. 1659

Johann Christoph Ottonis

Med.: Johann Ludwig Rühlens

mit Progr.



DISPUTATIO INAUGURALIS
THEOLOGICA,
 PRINCIPEM illam, magniq; momenti
 proponens
CONTROVERSIAM,
 DE
MONARCHIA ECCLESIASTICA,

In quantum Pontificii pro asserendâ illâ
Sensum Loci, Matth. c. XVI. v. 17. 18. tot interpretationibus nobilitati,
inducere satagunt,

PRIMUM Ecclesiæ MONARCHAM PETITUM à CHRISTO
 esse constitutum, **cujus jura deinceps ad Pontifices**
 Romanos devoluta sint,

Quam
AUSPICE CHRISTO,

SUMMO Ecclesiæ MONARCHA atq; UNICO,
IN ILLUSTRIS ACADEMIA ROSTOCHIENSI,
 EX DECRETO

Veneranda & Amplissima **FACULTATIS THEOLOGICÆ,**
 PRÆSIDE

Plur. Reverendo, Amplius. & Excellentissimo

DN. JOHAN-CHRISTOPHORO
OTTONIS, S.S. Theol. D. & Profels. celeberrimo,
 Evergetâ & Fautore suo ætatem honorando,

PRO LICENTIA

Summos in Theologia Honores & Privilegia Doctoralia
 ritè consequendi,

submitit

JOHANNES LUDOVICUS RUELIIUS,
 Reetzensis Neo-Marchicus, Phil. Mag. Reg. Pastor ad Templ. Ca-
 thedral. & Præp. apud Strasburgenfes Borusforum,
Ad d. I. Septembris horis ante- & pomeridianis
in Auditorio Majori.

Typis Heredum **NICOLAI KILII,** Acad. Typogr. M. DG. LIX.

1859



MONASTICA VOTA APTORUM

Virginitas illi decus est prestantior, Kuen
 Et hoc in decus nobile semper habet
 A. DEO sed bonis nobile non est
 Que virtus tamen & puz doctrina ncluta potest
 Ortamenta, sub. asstantior ordo parat
 Præmia ad laurus si dicitur, etiam ipsa bene
 Cupit, idcirco tunc, etiam decora minus
 C. in puz illis decus tunc in nudiqz & nudiqz
 In nudiqz
 D. in nudiqz virtus & studiis ipsa voluit
 C. in nudiqz virtus & studiis ipsa voluit
 D. in nudiqz virtus & studiis ipsa voluit
 C. in nudiqz virtus & studiis ipsa voluit

IOHANNES...
 Joh. ...
 A. ...

RD

Pl. Reverendum & Clarissimum

DN. CANDIDATUM

DE PAPA disserentem.

Nunc rem Papa dolis molitur, viribus impar:
Qui fregit vires, dissipet IPSE dolos!

L. M. Q.

Casp. Mauritius, D.

P. P. & Superint.

Quem fortuna mihi fidum conjunxit Achatem
Atque viæ comitem, carmine nonne juvem?
Quidni? sic æquum poscit, candorque RÜELL,
Quem modò Varniadum pulpita docta vocant.
Præmia sunt virtutis Honor, quæ Rege favente
GUSTAVO CAROLO, nunc Laciburga parat.
Theiologis placuit specimen, sapientibus hisce
Quos Rosa nostra fovet, nil minus ista placent.
Præterea, si fata volent, Ecclesia quondam,
Ut tuis, faciet, laude Monarcha sacer.
Suscipies regimen, si non Generale, Locale
Auspicio fausto, Rege volente, bonum.
Felices, LUDOVICE, theses, annentque perennent,
Nulla dies lætum delectat auspicium-
Mente, manuq; bonum voveo, ito, redito, coruscās
Doctoris titulo, profit ubique Tibi.

RÜELLIO

RÜELIO ex voto *inscribitur* cuncta secunda,
Nulla sinistra cadant, pergite, & hisce Vale!

*Hiscæ pl. Reverendæ, Clarissimæ atq; Eruditissimæ
Domini RÜELII, amici ac fautoris optimi, ac
honoratissimæ Inaugurali Disputationi, fausta
quaque ex æquo & bono apprecari, & duraturæ
amicitiæ monumentum huius, relinquere voluit*

CHRISTIANUS WOLDENBERGIUS,
Crempâ Holsat: Phil. J. V. D. Græc.
Ling: P. P. & Decretal: designatus.

In

Mentitam Ecclesiæ Petram
EPIGRAMMA.

Ipsæ suis JESUS rupes immota: POLUMq;
Et TERRAS humeris fulcit is ipse suis.
Cede suos Domino titulos, Fur turpis: honorem,
Quis furor est, ipsi præripuisse DEO?
Aut tibi, sancte PATER, quâquâ Phorcymide visâ
In lapidem pectus diriguisse putem.
Quis vetet? Ergo tuis, CAPITOLI immobile SAXUM,
Sis petra, sis cantes, si lubet, atq; silex.
At nobis JESUS rupes immota: POLUMq;
Et terras humeris fulciat ipse suis.

Honori

Plurimum Reverendæ atq; Præclarissimæ
DN. CANDIDATI, respondentis
atq; Exactissimæ Disputationis hujus autoris,
lubens meritoq; posuit Commensalis
M. Jo. Conr. Barthius, Argentoratensis.

Dicite Pontifices, in mirra quid facit aurum,
Calvitium vestrum quidve Corona premit?
Non bene conveniunt, nec in unis fascibus haerent
Induperatoris Pontificisq; manus?
Primate titulus Clementis convenit uni;
Induperatores sceptrata tremenda decent.
Reges sceptrata decent; sacer o Popa, te sacra Charta,
Quam cum Complicibus conteruisse studes.
Haut intrare tuum [scis] sacra Palatia Regum,
O sacer Antistes; sed sacra fana Dei;
His moderareris si juxta iussa Jehovæ,
Consuleresq; tibi consuleresq; gregi.
Est concessa tibi clavis, non clavus habendus,
Adumir gladium dextera Vestra male.
Sume ea, quæ tua sunt; quæ sunt Regalia, mitte.
Quid gladios vetitos mente feroce rapis?
Non ea mens Christi, dum Petrum affatur amantor;
Tu Petrus es, super hanc ædificabo Petram,
Ædificabo Petram super hanc Ecclesiam, & ima
Non unquam everrent claustra Acherontis eant,
Calorumq; tibi mea porget dextera claves,
Solvenda ut solvas, atq; liganda liges.
Effatum hoc sacrum dextrè explanare RUELUS
Attentat, cui cor de meliore lupo.
Ille potestatem cathedram resonare docebit
Pontificis, fastus corripiendo graves,

Disqui-

Disquiret quàm sit Papæ restricta potestas;
Doctrinæ satagit dum retulisse gradum.
Euge bonum factum! Feliciter! Acclamare
Nostrum est; & cœptis dicere verba bona.

Pl. Revi & Præcellentiss.

DN. JOAN LUDOVICUM RUELIIUM

Factorem & Commentalem honorandum;

De Monarchiâ Ecclesiasticâ disputaturum;

hoc prosphonemate L. M. Q.

prosequerbar

Joan Bernhard Zinzerling,

A. M. Jurispr. Cand.



Ad

VIRUM plurimum Reverendum atq; Clarissimum

DN. M. JOHANNEM LUDOVICUM RUELIIUM

Archipresbyterum, S. S. Th. Candidatum fulgidissimum;

Factorem, Convictorem & Amicum honorandum.

Scandere dum properas Cathedram, *Reverende*

RUELI,

Gratulor Officio quæq; secunda vovens.

Gratul.

Christophorus Calovius,

Regiom. Borussiae, S. S. Th. Stud.





C.
C. C.

INAUGURALIS
DISPUTATIONIS THEOLOGICÆ,
DE
MONARCHIA ECCLESIASTICA,

§. 1.



Vories clementissimâ DIVINÆ gratiæ dispensatione conservati vicesimum nonum JUNII diem, secundum temporum revolutionem annuam, attingimus, Ecclesia non sine causâ piam magnorum Apostolorum PETRI & PAULI memoriam solemniter recollere solet, cui Veteres attemperarunt TEXTUM explicandum ex Evangel. Matth. c. 16. v. 13. - 20. de CHRISTO SALVATORE, pariter & ECCLESIA, quam super PETRAM ædificare, ut portæ inferorum non prævalere possent adversus eam, constituit.

§. 2. Nos, quando divino sic ferente consilio de INAUGURALIS DISPUTATIONIS materiâ dispicere debebamus, non procul ab illius memoriæ tempore festivo constituti, congruum fore arbitrabamur, si sub Disputationis hujus incudem unum vel alterum versiculum tantoperè controversum Capitis illius (utut præter expectationem hæcenus impediti) revocarem.

§. 3. Petrus, ut *Textus habet*, ad interrogata DOMINI respondens, confitebatur nomine suo pariter & cæterorum Apostolorum CHRISTUM FILIUM DEI viventis: Ad id CHRISTUS Petro reponebat nominis gloriam, ipsiq; tradere & cæteris Apostolis pollicebatur CLAVES regni cælorum cum potestate, qua Ecclesia regi deberet, non immemor sui demum ex hoc mundo abitûs. Oportebat enim CHRISTUM pati, & deinceps intrare in gloriam suam. Luc. c. 24. v. 25.

▲

§. 4. Ul-

S. 4. Ultimus exaltationis gradus, per quem CHRISTUS gloriam illam occupavit, fuit ascensio in cœlum & sessio ad dexteram Patris, *Marc. c. 16. v. 19.* Cum DEUS Pater gloriæ collocavit CHRISTUM super omnem Principatum, & potestatem, & virtutem, & Dominationem, & omne nomen nominatum, non solum in seculo hoc, sed etiam in futuro: Et omnia subiecit sub pedibus Eius: Et Ipsum dedit CAPUT super omnem Ecclesiam, quæ est corpus Ipsius. &c. *Ephes. cap. 1. v. 21. 22.* In quem locum illustris est interpretatio Magni D. Dorschei, in *Consider. Declar. Sent. Zwinger. de S. S. Cœn. Dis. 9. S. 3 p. 307.*

S. 5. Atq; ita tandem CHRISTUM, DOMINUM gloriæ, ascendisse ad cœlos, apud Christianos est in confesso: Non vero absq; errore creditur ab omnibus ascensio.

S. 6. Photiniani laudem inde quærere videntur, quod nova heic pandant mysteria. Scilicet, duplicem fingunt CHRISTI ascensum in cœlos, alterum ante mortem Eiusdem, alterum post resurrectionem à mortuis celebratum. Socin. in *Resp. ad Andr. Volan. pag. 37.* Idem in *Disput. cum Erasmo. Joh. arg. 7. pag. 97.* Et in *Relig. Christ. instit. pag. 128.*

S. 7. Occasio illius commenti fuit, quod Christomachi illi haud viderent alia *γενεσις*, utut diligenter inquirerent, in quibus tuto quiescerent à telis argumentorum Ecclesiæ Catholicæ, quæ e S. Scripturæ oraculis de CHRISTI præexistentiâ apud Patrem, exitu à Patre, descensu e cœlis, pro astruendâ DIVINA naturâ Eiusdem petita erant; Unde extruxerunt tandem sibi hoc asylum geminæ ascensionis. Vid. Socin. *Explic. Loc. Script. pag. 87. 88.* Item *Instit. Relig. Christ. l. c. Joh. Crell. 1. 1. sect. 2. de Uno D. Patre. p. 299 &c.*

S. 8. Propugnabant autem non solum corporalem CHRISTI ascensionem ante mortem ipsius factam; sed & finem ejusdem certum assignare conabantur, assumptum nempe CHRISTUM fuisse in cœlum, ut rerum divinarum notitiâ imbueretur, veluti legere est apud Socinum *cont. Volan. p. 40. Refut. Erasmi Joh. p. 85. & 100. Instit. Relig. Christ. pag. 127.* Idem sentiunt Ostorodus, Smalcus & Volckelius, non dubitantes asserere, quod CHRISTUS doctrinæ gratiâ in cœlum abreptus fuerit, ibiq; didicerit, quæ hominibus proponeret. Ostorodus enim scribit; CHRISTUM in cœlo assumptum à DEO edoctum fuisse illa, quæ loqui & agere debuerat, *Instit. relig. Christian. c. 16. p. 95.* Smalcus; CHRISTUM & DEUM vidisse in cœlis, & per ipsam DEI conversationem & colloquutionem

omnium eorum, quæ nos docuit, cognitionem consecutum esse, affirmat, lib. de divin. Christ. t. 2. p. 12. Volckelius verò, CHRISTUM vitæ beatæ videndæ & discipline saluberrimæ hominibus tradendæ ab ipso DEO immediate accipiendæ causâ in cælo fuisse, docet lib. 3. de Relig. Christ. c. 5. p. 46.

§. 9. Quo verò tempore hæc evenerint, nihil se affirmare posse confessus est Volckelius. Contrà Socinus & Smalcus tempus etiam rei nunquam gestæ definire præsumserunt. Videlicet, tunc temporis factum esse, ajunt, cum DOMINUS JESUS jam baptizatus, & Spiritu S. donatus quidem esset, munus verò suum nondum obire cepisset, cum scilicet quadraginta dies & totidem noctes jejunus in deserto consumpsit. Socin. in Disp. cum Erasmo. Joh. p. 100. Smalc. l. c. Præterea Ostorodus. pag. 95. Instit. scribit; CHRISTUM aliquandiu illic cum DEO conversatum: Et quidem quamdiu, Smalcus prolixè mentitur; CHRISTUS, inquit, per quadraginta dies & noctes, quas jejunus in deserto consumpsit, apud DEUM extitit, illoq; cibo cælesti, qui est commercium & conspectus DEI, ita est recreatus, ut nullo naturali alimento per totum illud tempus opus habuerit. l. c. pag. 142. Sed nondum lepidæ cantilenæ finis.

§. 10. Pergit enim in recensendâ fabellâ Smalcus, & modum enarrat ascensionis illius CHRISTI in cælum, quam ante mortem Ipsius contigisse opinantur, quod nempe facta sit (1) per raptum quendam. l. c. p. 13. German. edit. ἀνάγωμεν de Anno 1627. haber; Es sey durch eine Entzückung geschehen. Confer. Catechism. Racoviens. Sect. de Prophetic. Christ. offic. exempl. Germanic. p. 153. (2) Nube suscipiente CHRISTUM. (3) Localiter. Smalc. l. c. p. 11. 12.

§. 11. Tandem, ne quid desit ad exornandum egregiè commentum, in illo raptu CHRISTUM utpote mortalem, quò DEUM Patrem videre postet in cælis & cum Eo conversari, transfiguratum esse, somniat idem Smalcus. l. c. p. 15.

§. 12. Habemus integram fabulam, prout ea descripta ab Inventoribus, Socino, Ostorodo, Volckelio, Crellio, Stegmanno, quamq; Chimæram præprimis ex profesto defendendam suscepit Smalcus ad vers. Mart. Smieglec. lib. de Verb. Incarn. Natur. c. 8. p. 35. quam verò successu infelici, demonstravit D. Calov. Diss. contr. Socin. de gemino Christi ascens. in cæl. Regiomonti habit. Anno 1643. Confer. Ejusd. Socianismum profligatum. Sect. 6. Subsect. 2. de Offic. Christ. art. 1. contr. v. 1. pag. 294. Item Brochmand. System. Theologic. part. 1. Artic. 16. de CHRIST. Servator. Sect.

ult. cap. 4. quæst. 2. pag. m. 979. Leg. quoq; Jac. ad Portum *Orthod. fid. de sens. cap. 18. pag. 159. seq.* Samuel. Marcell. Hydr. *Socinianism. expugnat. lib. 3. Et Sibbrand, Lubbert. lib. 4. contr. Faust. Socin.*

§. 13. SCHOLA illa ingeniosa, quæ Reformata haberi præsumit, unicam quidem nobiscum CHRISTI duntaxat confiteretur ascensionem, eamq; Majestaticam; Sed illam adeo male applicat, ut neget exinde humanæ CHRISTI naturæ ulteriorem his in terris præsentiam, nihil relinquens nobis, quam virtutem & efficaciam ipsius præsentioem, ut loquuntur, Calvin. *Instit. lib. 2. de cognit. DEI Redemptor. pag. m. 177. Martyr. L. C. class. 3. loc. 15. p. 375. n. 65. & Class. 4. loc. 10. p. 462. n. 69. Beza lib. 2. de Union. hypostatic. Vol. 3. pag. 98. Et in Collôq. Mompelg. p. 93. Conf. Ursin. Corp. doct. de liberat. homin. quæst. 46. pag. 243. seq. Neostad. cap. 9. pag. 322. Buean. in *Instit. loc. 27. quæst. 16. p. 260. Nahum. assert. 2. Theodor. Zvinger. Diss. Theol. Hebdomad. de Christ. Diss. 5. Hieron. Zanch. lib. 2. de natur. Dei. cap. 4. quæst. 2. fol. 95. & cap. 6. quæst. 4. fol. 106. Tom. 2. oper. Vid. Ejusd. *Theses de Præs. Corp. Christ. Tom. ult. fol. 702. Anton. Sadeel. p. 196. oper. Theol. & pag. 41. de verit. hum. Christ. nat. Georg. Sohn. Tom. 2. Exeges. August. Confess. artic. 3. de person. Christ. Theologor. Leidenf. Synops. Diss. Theol. purtor. disp. 18. th. 19. p. 364. Amand. Polan. *Synagm. Theologic. lib. 16. cap. 26. de Sesion. Christ. ad dext. pag. 426. Anton. Walæ. de Union. hypostat. Tom. 1. oper. pag. 390. Samuel. Marcell. coll. Theol. loc. 9. de Person. & statu Christ. th. 55. seq. Marc. Frid. Wendelin. Theolog. Christian. lib. 1. cap. 18. Matth. Martin. in Theolog. de Person. Christ. distinct. 8. p. 825 &c.****

§. 14. Adversus illos urgent Theologi nostrates Unionem CHRISTI hypostaticam, quæ facta est ἀδιαίρετος καὶ ἀδιασπείρατος, indivisè & indistincter, adeo, ut quod semel λόγῳ ὁ assumptus, nunquam & nunquam deponat, sed semper & ubiq; naturam humanam sibi præsentem habeat. Damasc. *lib. 3. Orthodox. fid. cap. 3. fol. 173. Deinde opponunt illis præmissioes CHRISTI de suâ Ecclesiæ præsentia. Matth. c. 18. v. 20. cap. 28. v. 20. Concludunt dicto Pauli, qui docet; CHRISTUM ascendisse ὑπὲρ πάντων τῶν οὐρανῶν, ut omnia impleret. Eph. c. 4. v. 10. Leg. quæ Luther. scrips. anno 1527. in lib. quod verba. (Hoc est corpus meum) adhuc firmas sents. Tom. 3. Jen. Germ. fol. 337. Et anno 1528. in Confession. Germanic. de cœnâ. Et anno 1544. in brevî Confess. de cœnâ. Confer. Comm. in Psalm. 118.*

Tom. 1. Jen. Item Formul. Concord. artic. 8. de Person. Christ. pag. 608.
 Leonh. Hutter. Concord. concord. cap. 1. fol. 4. seq. Martin. Chemnic.
 Lib. de duab. natur. in Christ. cap. 30. de present. totius Person. fol. 182. seq.
 Leg. etiam Ejusd. Fundament. doctrin. de verâ present. Christ. in cœn. cap. 12.
 fol. 87. Item Philip. Nicolai. controv. de omnipresent. Christi secund. utrang.
 natur. lib. 2. cap. 3. fol. 34. Tom. 2. oper. latin. Conf. Controvers. Ejusd. Ubi-
 quitariam fol. 482. Wolfgang. Franz. Diss. in Aug. Conf. Diss. 3. de Person.
 Christi. Thes. 186. seq. Balth. Mentzer. Exeges. Aug. Conf. artic. 3. Joh. Ger-
 hard. Loc. Theol. Exeg. Tom. 1. loc. 2. de Person. & offic. Christ. pag. 1295. seq.
 Joh. Affelmann. Censur. Lampad. de Omnipresent. CHRISTI.
 Ejusd. Disp. Apolog. com. Joh. Lampad. thes. 21. seq. Himmel. Syntegm. Theo-
 logic. Disp. 12. Joh. Schröder. Thron. CHRIST. Reg. part. 4. cap. 32. p. 435. &c.
 §. 15. Ab errore denegatæ presentiæ hæud omnino alieni Jesuitæ,
 Gregor. de Valentia Tom. 1. disp. 2. Bellarmin. lib. 3. de Christ. c. 16. Joh. Bu-
 tæus Nov. Magus. Apologetic. Disp. de Person. Christ. advers. Ubiquitarior.
 cap. 7. thes. 89. p. 197. Marc. Becan. lib. 2. Manual. controv. Disp. contrâ present.
 carnis. cap. 7. de Ubiquit. Tom. 2. oper. fol. 895. propter absentiam CHRISTI
 invisibilem opus esse arbitrantur. Capite visibili, quo regi possit Ecclesia
 per va. p. 209. Quamquam, scribit Bellarminus, lib. 1. de Roman. Pontific.
 cap. 9. controv. 3. general. Tom. 1. CAPUT Ecclesiæ totius est CHRISTUS;
 tamen, quia abest à militante Ecclesiâ secundum visibilitatem presentiam,
 exigitur necessario aliquis unus CHRISTI loco, qui eam in unitate conti-
 neat. Becanus de capite Ecclesiæ contra Marc. Antonium de Domin.
 disputans, mentem suam declarat quatuor conclusionibus, quarum (1)
 CHRISTUS in hac vita existens fundavit seu edificavit suam Ecclesiam,
 & Apostoli eandem post CHRISTI ascensionem auxerunt & propa-
 garunt. (2) CHRISTUS in hac vita fuit visibile CAPUT Ecclesiæ, (3)
 CHRISTUS in cœlo nunc existens adhuc manet CAPUT Ecclesiæ,
 non quidem visibile, sed invisibile. (4) Præter CHRISTUM, qui nunc
 in cœlo est, debet aliquod esse visibile caput Ecclesiæ in terris, qui loco
 CHRISTI visibiliter gubernet Ecclesiam. Lib. 1. de Republ. Ecclesiastic. cap. 1.
 num. 2. & cap. 3. num. 2. & 5. Cardinalis, Stanislaus Hosius, eandem jam
 pridem fover sententiam: Cum CHRISTUS, inquit, nobiscum in ter-
 ris versari desierit, nec eum amplius in humana forma contemplari no-
 bis liceat, quæ est illius infinita bonitas, noluit Ecclesiam suam omni for-

præsentia esse delectatam, sed *unius* sui ministerio voluit, per quem unitas in Ecclesia retineri posuit. in *Loc. de Auctoritat. Roman. Pontificis Tom. 1. oper. fol. 716.* Sic & Alfons. Salmero demonstrare præsumit **CHRISTUM DOMINUM** à Discipulis discedentem, unum Pastorem, *universalem*, perpetuum & *Summum*, qui esset *Ejus Vicarius in terris* Ecclesiæ dedisse. *Tract. 5. de Primat. Petr. part. 3. comm. in Histor. Evang. Tom. 4. fol. 417.*

§. 16. Et Ejusmodi **CAPUT** Ecclesiæ *visibile* fuisse primitus Petrum Apostolum à **CHRISTO** constitutum, deinceps Pontifices excitisse tales *Vicarios CHRISTI in terris*, nuncq; esse Papam Romanum, *Monarcham Ecclesiæ visibilem*, ad unum omnes contendunt Romanæ Sedis Promachi, qui controversiam de **PRIMATU & DOMINATU PETRI**, non tam Petri, quam Papæ causam tuentes, vel integram, vel per partes tractarunt, numero satis prolixo. Glorior enim ipse Bellarminus, *Præfation. in lib. de Summo Pontifice.* quod ex omnibus Nationibus multi reperiantur, qui pro Summi Pontificis auctoritate scripsere. Ex **POLONIA**, inquit, *unum* habemus, sed qui instar multorum esse possit, Hosium videlicet Cardinalem, *eum in Explet. Symb. cap. 26. tum in lib. contr. Brent. tum in lib. de auctorit. Summi Pontificis.* Ex **GALLIA** duos habemus: Remundum Ruffum, *in lib. advers. Carol. Molinæum pro Summo Pontifice.* Et Robertum Arboricensem, *Tom. 1. de Utriusq. gladii.* Ex **GERMANIA** quinque: Joh. Eckium *in lib. 3. de Primatu S. Petri.* Joh. Fabrum *in Refut. lib. Luthi. de Pontif. potest.* Joh. Cochleum *in 4. Philip. Gasparum Schatzgerum in contror. Conrad. Clingium, lib. 3. de loc. c.* Ex **GERMANIA INFERIORI** sex. Joh. Driedonem, *lib. 4. c. 3. p. 2. de Script. & dogm. Eccles.* Albertum Pighium *lib. 3. 4. 5. Eccl. Hier.* Joh. à Lovanio *de perpet. Cathed. Petri protect.* Jac. Latomum *lib. de primatu Petr.* Guilielm. Lindanum *lib. 4. Panoplie.* Joh. Bunderium *in Compend. concertation. tit. 31.* Ex **ANGLIA** sex: Thom. Waldens. *lib. 2. doctr. fidei art. 1. & 3.* Joh. Roffensem *in Refut. art. 25.* Reginaldum Polum *Cardinali lib. de Summo Pontifice.* Et *lib. 1. & 2. ad Regem Henric. VIII.* Alanum Copum *Dialog. 1.* Nic. Sanderum *in lib. de visib. Monarch. Stapletonum lib. 6. controversiat.* Ex **HISPANIA** septem: Joan. de Turrecremata *lib. 2. de Eccles.* Alphonsum de Castro *lib. 11. cont. Heres. Melch. Canum lib. 6. de loc. Petrum de Soto in defension. sue Confession. à cap. 74. usq. ad fin. Franci.*

Franciscum Horanium *lib. 6. de loc. Cathol.* Francisc. Turrianum *in lib. contr. Antov. Sadelem.* Et Gregor. de Valencia *in Analyfi Cath. f. d. pag. 7. seq.* EX ITALIA octo: Div. Thomam *in opusc. contr. Gracos.* Aug. Triumphum Anconitanum *in Summ. de Potest. Pap.* Antoninum 3. *part. tit. 12. summ. Theol.* Thom. Cajetanum *de Inst. & auctorit. Rom. Pontif.* Casparem Contarenum *de potest. Rom. Pontific.* Thom. Compegium *in lib. ejusd. tituli.* Joh. Anton. Delphinum *lib. 1. & 2. de Eccl.* Ex GRÆCIA demum unum Gennadium Scholarium *in defension. cap. 5.* Nec mirum; Ex Græcia enim prima illa Papatûs oppugnatio, ejusq; subsecuta perditio, Bellarmino facente ipso atq; dolente.

§. 17. PRIMI, scribit, *in Praef. cap. 1. & 2. de Rom. Pontific. fol. m. 192. B.* quifero primatum Romani Pontificis oppugnarunt, videntur fuisse GRÆCI. Id intelligi potest ex Concilio II. Generali. *can. 5.* Deinde anno 451. Episcopum Constantinopolitanum Romano Pontifici parem efficere conati sunt. Nam in Synodo Chalcedonensi, *act. 16.* definiunt Græci Patres, Constantinopolitanum Episcopum ita secundum à Romanis esse debere, ut tamen habeat æqualia privilegia, &c. Anno 1054. aperte pronuntiarunt, Romanum Episcopum propter additionem (*Filioq;*) ad Symbolum Constantinopolitanum, ex sententiâ Synodi Ephesinæ, quæ id prohibuerat, de suo gradu excidisse, & jam summum ac primum Episcoporum omnium esse Pontificem Constantinopolitanum. Refert id Sigebertus *in Chronic.* & alioqui *ex Epistol. Leonis IX.* satis aperte colligitur. Exstat etiam libellus Græcè scriptus à Nib. Thesalonicæ Archiepiscopo adversus primatum Romani Pontificis, Ex LATINIS, pergit Bellarminus, PRIMI sunt WALDENSES an 1170. ut Regnerius scribit. Anno deinde 1300. Matthæo Palmerio teste *in Chronico,* extiterunt quidam, qui FRATICELLI dicebantur, qui docuerunt, Petri autoritatem in Romanâ Ecclesiâ jam dudum cessasse. Quo de Joan. de Turrecremata. *lib. 4. de Eccl. p. 2. c. 37.* Non diu post, eodem Joanne de Turrecrem. teste, extirere Marsilius Paduanus & Johannes de Janduno, qui Romano Pontifici non modo Episcopos omnes, sed omnes etiam Presbyteros pares fecerunt. Deinde circiter annum Dn. 1390. exortus est Johannes Wiclef, & eum securus est Johan. Huls. quorum sententiæ adversus Apostolicam sedem legi possunt in Concilio Constantiensi *sess. 8. & 15.* Ad extremum nostro seculo Martinus

Luthe-

Lutherus, & quotquot eum secuti, Romanum Pontificatum totis viribus omniq; animi contentione labefactare conati sunt. Vid. Luther. in *lib. de potestate Papæ*. Et in assercion. *artic. 25*. Philipp. Melanthonem in *lib. de potestate & primatu Petri, seu de Regno AntiChristi, nomine Synodi Smalcaldensis descripto*. Joannem Brentium in *Confession. Wirtemb. c. de Summ. Pontific.* Et in *prolegomenis advers. Petrum à Soto*.

§. 18. Hæc dum scribimus, Bellarmino gratulamur, datum esse ei, tantos Viros atq; Heroes, pro salute Ecclesiæ contra Papatum tam animosè pugnare non desistentes, citasse. Subsecuti sunt, quorum fuit deinceps in sacrâ hac palæstrâ & bellare & vincere, Philippus Nicolai, in *Conflictu cum Lojolitana Societate de AntiChristo Romano, leg. Tom. 1. Tract. 1. oper. latin. editor. Hamburgi anno 1617. Confer Ejusd. lib. 1. de Regno Christi, cap. 7. Ægid. Hunnius artic. de Eccl. Tom. 1. part. 2. lib. de Roman. Eccles. Et Tom. 5. Disp. 53. de AntiChristo. Leonhard. Hutterus in Loc. Theologic. l. 16. c. 4. fol. m. 565. seq. Joh. Gerhard. Loc. Theol. Tom. 6. loc. de Minister. Ecclesiastic. pag. m. 341. Et in Confession. Catholicâ part. 1. lib. 2. artic. 3. cap. 2. & c. Bartholom. Battus Disp. 3. de AntiChristo. D. Meisner. Consult. Cathol. p. 247. & 437. D. Hülsemann. in Manual. August. Confession. Disp. 16. Joh. Gisenius in Delineation. Papsimæ pralimin. de Papatu Origine: Et Disp. 1. per totum. D. Brochmand. System. Theologic. Tom. 2. Artic. 28. de Pontif. Rom. Balthasar. Rhaw. in Papatu denudato Sect. 3. de Sum. Pontific. cap. 1. 2. seq. Jacob Heilbrunner. in Papat. A catholic. Et Georg. Zeemann. in Apolog. Tom. 2. contra Jesuitam Jac. Kellerm. Stephan Gerlach. Disput. Theologic. Tom. poster. disp. 25. de AntiChristo. Joh. Döling. lib. 4. de AntiChristo.*

§. 19. Contra eundem Papatum certarunt quoq; acriter in Schola Reformationum Calvinus in *Instit. lib. 4. c. 6*. Joann. Juellus *contr. Harding. artic. 4*. Petrus Martyr in 8. prior. Reg. Muscul. in *loc. comm. de Eccl. Marc. Antonius de Dominis lib. 1. & 4. de Republic. Eccl.* Anton. Sadeel. *contrâ Turrian. fol. 567. seq.* Confer. Ejusd. *lib. de vocat. pastor. pag. 541*. Sibrandus Lubertus *de Papâ*. Guilielmi. Whitakerus *Tom. 2. oper. in Controvers. de Rom. Pontific.* Sutlivius *de Roman. Pontific.* Junius in *Notis de hac Bellarm. controver.* Rivetus *Summ. Controversiar. Tract. 2. quæst. 4*. Joan Scharpius *Curs. Theolog. Tom. 2. de Eccl. militante.* Daniel Chamier *Pans. stratia Catholic. Tom. 2. lib. 10. de Oecumen. Pontific.* Joh. Crocius *contr. Be-*
sanum

canon, Tom. 1. Samuel. Mareſius, Synopf. Theologic. Elenctic. cont. Tiriſ. Jeſuit. contro. 6. de Rom. Pontif. Claud. Salmaſius, de Primatu Papæ. Andreas Willettus Synopf. Papiſm. contro. 4. general. Papæ Maſtix nominat. Amand. Polanus Synagm. Theologic. lib. 7. cap. 3. fol. 520. Theologi purioris Theolog. Lugduno-Batavi, Diſp. 41. Robertus Parkerus, Angl. de Polit. Eccleſiaſtic. lib. 3. Antonius Fayus, Enchir. Theologic. Diſp. 70. de primatu Petri. Thom. Draxus quaſt. 10. de Pap. Anti-Chriſt. Joh. Maccovius Colleg. Theolog. de Mediator. Diſp. 27. Dan. Tilenus Diſput. contr. Bellarmin. lib. 5. de Summo Pontif. Giſbertus Voëtius Diſput. Theologic. Selectar. part. 2. Diſp. 42. 43. ſeq. Johan. Cloppenburg Exercit. Theologic. Diſp. 7. de Eccleſ. Catholic. contra Anti-Chriſt. Sect. 2. & 3. Petrus Molinæus contra Perronium de Novitate Papiſmi, lib. 1. 6. Anton. Walæus, loc. de ſunctionib. Eccleſiaſtic. pag. 471. Conf. David. Blondel. de primatu Eccleſiaſtico. Petr. Cabeljav. Apologetic. Reſcript. pro Libertate Eccl. in Exerc. Diſcipl. Spirit. cap. 3. ſeq. Guiliel. Ameſius contr. Bellarmin. Tom. 1. lib. 3. cap. 2. de Monarchiâ Petri, pag. 138. ſeq. Nicol. Vedelius in lib. 2. de Cathedrâ Petri.

§. 20. Et hic Pontificii noluit videri cum umbris colluctâtes, ſed haberi illi, qui ſerio cauſâ agût, propterea varia fabricât probationum genera, quibus tentât ſuâ, in gratiâ Pontificis Romani, obtinere ſententiâ. Præprimis verò eandem confirmare nitûtur argumentis, quæ & loco Matth. c. 16. v. 17. 18. deducunt, quem impræſentiarum ventilandum ſuſcipim9.

§. 21. Nobilis eſt iſti locus, & imprimis eorum diſputationibus, qui vel noſtrâ, vel Majorum memoriâ, de Romani Epifcopi authoritate diſceptarunt, celebratus. Et ſane, quod fateor, ampla heic nobis datur diſputandi materia, ut haud incommodè totus fere articulus de Eccleſia tractari inde poſſit: Videlicet *Eccleſiæ exiſtentia*, quod ſit: *Eccleſiæ eſſentia*, quid ſit, nempe cœtus in CHRISTUM credens, *Eccleſiæ autoritas*, quod ſit CHRISTI, *Eccleſiæ infallibilitas*, quod audiat CHRISTUM, *Eccleſiæ inviſibilitas*, prout per fidem inhæreat CHRISTO, *Eccleſiæ poteſtas*, quod habeat *Claves* regni cœlorum, *Eccleſiæ duratio & perpetuitas*, quod portæ inferorum non prævaleant adverſus eam. In hunc ſenſum interpretatur CHRISTI verba Philippus Melanthon, *Comment. in Matth. fol. 488. ſeq. part. 3. Oper.*

§. 22. Nos ea omnia non ventilabimus, ſunt enim majoris momenti, quàm quod unâ diſputatione debite pertractari & abſolvi poſſint.

sint. Neq; prolixam vocum analyfin, multa glostemata, numerosa porrifimata, varios locos communes, multiplices usus, & id genus alia congeremus, ne videamur, nos scribere velle vel commentarium, vel habere concionem. Quod primum & palmarium est spectabimus, sub examen revocaturi ADVERSA, quæ nobis heic cum Pontificiis intercedunt de *REGIMINE Ecclesiæ* disputantibus, idq; instituemus, ut vindicetur veritas antiquæ fidei Catholicæ: PETRUM Apostolum non esse à CHRISTO constitutum Ecclesiæ Monarchâ. Magna sunt quæ audemus!

ADSIT ALTISSIMUS!

INDUBITATUS MONARCHA!

§. 23.

Magna equidem interque primas nobilis de *Monarchico Ecclesiæ Regimine* agitur in foro Theologico disputatio, non negligenter tractanda. Nec dissimulat ipse Bellarminus, dum præfatur in hanc disputationem, agi heic de *Summæ rei Christianæ*, quæriq; debeatne Ecclesia diutius subsistere, an verò dissolvi & concidere, perinde si quaratur, an oporteat ab ædificio fundamentum remove, à græge Pastorem, ab exercitu Imperatorem, Solem ab astris, caput à corpore: Nihil sit aliud, quàm quærere, an oporteat ædificium ruere, gregem dissipari, exercitum fundi, Sydera obscurari, corpus jacere?

§. 24. Quæ quidem, *Chamiero Interprete*, ille sic dixit ex præiudicio ejus opinionis, quæ fascinatus, nullam aliam credit rem esse Christianam, quàm *Papisticam*, quomodo solent jam pridem intolerando abusu Ecclesiam Catholicam dicere Romanam eodem sensu, ut sint ea Jesuitæ verba non aliter accipienda, quàm si disertè diceret, non posse adversus Catholicos (intellige Orthodoxos) diutius subsistere totum illud Romanæ *ἑρῶς ὁμοειδὲς* Chaos, si semel redigatur in ordinem ille unius Urbis Episcopus, Papa. Qui, quàm sibi, quantamq; autoritatem vendicer, experimento percepit à multis Christianus orbis. Neq; defuerunt olim viri Docti & Eruditi, qui se Ipsius intolerabili fastui opponerent, vel *aperto* pugnantes Marte, vel *occulto*. Audentior his ibat Lutherus, qui adoriri nefandam Papatûs tyrânidem cepit ipso Cælo bene ominante. Roma enim fertur annò iplo, qui fuit post millesimum quingentesimum decimum septimum, solemni die, quo LEO Papa XXXI Cardinales creabar, tanto impetu concussa, ut ingenti fulminis tempestate cum tonitru Templum, in quo sacra peragebantur, feriret cælum,

ut non tantum puerulus eleganter sculptus e gremio efficta Mariae virginis, sed & Claves e manibus Petri exciderent, *Joh. Micrael, referentis Syntagm. Histor. Ecclesiast. lib. 3. sect. 2. quest. 16. pag. 267.*

§. 25. Ansam vero Luthero ad hoc, quod contra Pontificis Romani insolentiam insurgeret, Thomas de Vio, Cardinalis Cajetanus, Leonis in Germaniam Legatus, dabat, à Luthero revocationem dogmatum postulans Augustae. Cœpit adversus me, *inquit Lutherus, Potestatem Papæ commendare Cardinalis, quoniam supra Concilium, supra Scripturam, supra omnia Ecclesiæ sit, & ut illud persuaderet, reprobationem & abrogationem Concilii Basiliensis recitavit, ac Gersonistas unà cum Gersone damnandos censuit. Hæc cum erant novain auribus meis, negavi contra, Papam supra Concilium & Scripturam esse &c. Leg. Luther. acta cum Legato Pontific. Tom. 1. Jen. Latin. fol. 195. b.*

§. 26. Cum jam contra Papatum palam ageret Lutherus, multos invenit Adversarios, Wimpinam, Eccium, Hogostratum, Fabrum, Latomum, cœteros. Numerus hæc ob multitudinem vix constitui poterit facilius eorum, quam locustarum ex puteo abyssi exsurgentium. Tezelius veritus, ne amplissimus sibi proventus adimeretur, cum ipse ob ingenii ruditatem non posset, per Conradum Wimpinam, Theologum Francofurtanum, Theses contra Lutherum scribi curavit, iisq; suo nomine emissis fulmina in Lutherum tanquam hæreticum igne perendum contorsit. Johannes Eccius, Professor Ingolstadiensis, multis super hac re cum Luthero egit, cum Lipsiæ, præsentibus Notariis, concione prolixâ, de Potestate Papæ disputatum fuerit, ut constat ex *Tom. 1. Jen. latin. fol. 229. seq.* Scripsit idem libros tres de Primatu Petri, ediditq; obilifcos asterifcis Lutheri dignos. Ei succenturiati fratres Dominicani, Sylvester Prierias & Jacobus Hogostratus, ille Palatii Romani Magister, hic fidei Inquisitor, cum Luthero in aciem descendebat. Subsecuti sunt alii. Johânes Faber, Episcopus Viennensis, librum publicavit de *Potestate Pontificis contra Lutherum.* Jacobus Latomus eandem rem tractavit in libro de *Primatu Petri.* Sed Lutherus, certamine utrinq; incallescens, eos, qui autoritatem Pontificiam & consensum Scholasticorum, tanquam rei fundamentum, allegabant, falsè risit, & silvestres illorum nugas & imperitiam illusionem excepit, cœteros masculè impugnavit. Catarino tamen felix adversarius fuit: Nam cum ille Silvestrem Prieriam

ratem defendendum suscepisset, edito libro de Pontificis dignitate, etiam prolixè à Luthero confutabatur, *Archiepiscopatum* tamen loco mercedis accepit. Quam sortis felicitatem Faber etiam expertus, Episcopus Viennensis impit. calami beneficio factus est, ut rectè faceret Erasmus, pauperem ac tenuem Lutherum multos locupletasse, dixerit.

§. 27. Anno CHRISTI 1544. edebant Magistri Lavonienses xxxii. Articulos, Religionem, fidemq; Papisticam respicientes, & quid sentirent de Pontificatu Romano, ejusdemq; autoritate, disertè ediserebant artic. 21. 23. & 24. quita sese habent.

Artic. XXI. *Firma fide tenendum est, unam esse in terra veram & Catholicam CHRISTI Ecclesiam, eamq; visibilem; quæ ab Apostolis fundata, in hanc usq; nostram ætatem perdurans, retinet & suscipit, quicquid & fide & religione tradidit & traditura est CATHEDRA PETRI, super quam ita à CHRISTO suo Sponso est edificata, ut in his, quæ fidei sunt, errare non possit.*

Artic. XXIII. *UNUS est Ecclesia SUI MMUS PASTOR, cui omnes obedire tenentur, ad cujus judicium controversiæ, quæ sader fide & religione existunt, sunt referenda.*

Artic. XXIV. *SUMMAM hanc PRÆPOSITURAM PRIMUM omnium gesit S. PETRUS, VERUS CHRISTI in terris VICARIUS, & totius familiae Ejus Pastor. Post Petrum verò ex CHRISTI institutione omnes deinceps Pontifices, Petri in Cathedra Successores.*

§. 28. Contra illos 32. articulos Lovaniensium Theologistarum D. Lutherus scripsit artic. 76. Et articulis 21. 23. 24. Opposuit artic. 48. 51. & 52. Uti legere est *Tom. 2. Witteb. Latin. fol. 502. seq.* Confer Ejusd. defensionem contr. Joh. Eccii Judicium super aliquot artic. *Tom. eod. fol. 216.* Nec non *Resolution. super proposition. 13. de potestate Papæ. Tom. 1. Witteb. lat. fol. 311. seq.* Et *Tom. 1. Jen. Latin. fol. 297. seq.*

§. 29. Lavoniensibus suffragari Johannes Roffensis Episcopus, aliàs Fischerus dictus, Thomas Morus, Emserus, Joh. Cochleus, Alb. Pighius Campensis, omnes adversus Lutherum scripserunt. Erasmus quidem Roterodamus ab initio nec promissò Episcopatu ad calamum in Lutherum stringendum commoveri potuit; Literis enim ad Electorem Saxonem datis ostendebat, sibi Lutheri doctrinam & vitam non displicere, se magis improbare intemperiem Theologorum quorundam, qui Lutherum, nullius adhuc erroris convictum, pro hæretico procla-

proclament. In eandem etiam sententiam scribit ad Electorem Archiepiscopum Moguntinum, & ad Cardinalem Campegiū, accusans Sophistas Theologos & Monachos, quod Linguarum & eloquentia stadium, ac puriorem omnem doctrinam ferre non possint. Postea verò, cum videret Roterodamus, Lutherum à Pontifice damnatum, & à Cæsare proscriptum, causam Lutheri deseruit, ejusq; zelum, in oppugnando Pontificatu Romano, reprehendit, & Pontificiis adulari cepit, plus metuens homines, quàm DEUM. Ab eo tempore non solum mulca in Evangelicos scommata libris & epistolis suis inseruit, sed etiam articulum de libero hominis arbitrio pro Pontifice exponens, cum Luthero in arenam descendit, non tamen eo, qui sperabatur, successu. Anno n. 1536. moriebatur ille Erasmus septuagenarius Basileæ in ædibus Hieronymi Frobenii, quò se, Friburgo relicto, contulerat, quem Lutherus in causa liberi arbitrii convictum habuit Antagonistam. Referentis, ex Sleidano & Bucholtzero. Luc. Osiand. *Histor. Ecclesiastic. Centur. 10. lib. 1. cap. 25. pag. 66. cap. 31. pag. 83. Et lib. 2. cap. 36. pag. 251.*

S. 30. Hydram verò Lernæam dixeris Papatum, ex quo plures, vix unò dempto, Primatus & Pontificatus Romani prodierunt promachi, in eodem luto hærentes, Petrum fuisse, & Papam esse Ecclesiæ CAPIT atq; MONARCHAM: Sedem enim Pontificis nutantem humeris deinceps suppositis sustinuerunt, ut præcipuos nominem, nec tamen illos omnes, Sclotanus. *Disp. advers. Hæretic. cap. de Primatu Papa & Eccl. Rom.* Thomas Bozius *de sign. lib. 18.* Onuph. Panvinius *lib. 3. de Primatu Petri.* Petrus Auratus, *paradox. 70.* Guilielmus Bailius, *Catech. Controv. quæst. 4.* Franc. Agricola, *Tract. de Primat. Petri.* Turrianus, *pro Epist. decret. lib. 1. 2. cap. 4.* Roderic. de Arriaga. *Disp. Theol. in Secund. secundæ Thom. Curs. Theolog. Tom. 5. Tract. de fid. div. Disp. 8. Sect. 3. fol. 129. seq.* Panigarolla, *lect. 6.* Francisc. Cardubenlis, *de Eccl. annot. artic. 2. c. 110.* Costerus in *Enchirid. cap. 4.* Salmero, *Tom. 13. lib. 1. part. 3. Disp. 11.* Arboreus, *Theosoph. lib. 1. c. 3.* Petrus Coronus. *Institut. Catholic. lib. 2. de Primatu Petri.* Abrah. Bzovius *ad Paul. V. de Summâ Pontific. præstant. Offic. autorit. cap. 1. seq.* Guilielmus Rosæus *lib. 1. de Inst. Reipubl. Christ. in Reg. Imper. & Hæretic. autorit.* Ludovicus Cellotrius *lib. 4. de Hierarchia Jurisdiction. cap. 9. fol. 190.* Adamus Tannerus, *Theolog. Scholastic. Tom. 3. Disp. 1. quæst. 4. assert. 4. num. 46. fol. 210.* Adde, qui primum locum meretur, Robertum Bellarminum, *Controv. 3. gene-*

3 *general. lib. 5. de Roman. Pontif. Martin. Becanum, de Republic. Ecclesiastic. lib. 2. & 3.* Adamum Contzen, Jansenium, Barradium, Maldonatum, cæteros, & magnum cumulabis acervum, vel si mavis, catervam malorum. Vid. Ludovicum Jacob. à S. Carolo Carmelita, qui vulgavit anno 1643. Biblioth. Pontific. ubi *lib. 2.* enumerat Authores, qui pro Papâ & in ipsum scripserunt. Juxtâ numerum alphabeticum ex concinno ordine illos Papæ promachos ab Acoſta ad Vaſquetz & Viegam collocavit, Joh. Micræl. *Syntagm. Hiſto. Eccleſ. lib. 3. ſect. 2. pag. 446.*

§. 31. Omnes illi, & id genus alii pugnant quidem pro ſtabilendo REGIMINE PETRI MONARCHICO, ut obtinere poſſint Papæ œcumenicum Pontificatum atq; dominatum; ſed non ab omnibus uno atq; eodem modo controverſiæ formatur ſtatus. Ne igitur nos, in hac ancipiti acie pugnantes, committamus cum fallacibus adverſariis, cautè nobis agendum erit, & propterea necesse habebimus, prius legitime ſtatum controverſiæ formare, deinde litem præſentem per nonnullas poſitiones dirimere, atq; his punctis totam hanc noſtram diſputationem abſolvere, ita ut in *priori* magis perſpicuitati, quàm prolixitati ſtudeamus, in poſteriori rei ponderi ſtudio brevitatſ nihil derogemus.

PUNCTUM PRIMUM

DIACRISEOS.

§. 32.

NON de nihilo eſt, ſtatum cauſæ legitime formare: De materiâ enim litis certo conſtare debet, ne digrediantur à ſcopo diſputatores, vel aerem vibrare videantur. Atque heic cauſè agendum eſt, ut ſecernemus prudenter, quæ indebitè ab Adverſâ parte conjuncta diſputantur, quod eò magis obſervari debet, quando res agitur in hoc foro cum fallacibus adverſariis. Neq; heic candor noſtros eximit hoſtes: Exemplum enim inſignis aſtutiæ in Colloquio Ratiſbonenſi, ubi in Diſputatione de Normâ & Judice religionis Jeſuitæ ſubdolè & ſophiſticè quæſtionem propoſuerant, animadvertit Scharffius in *proceſſu diſputandi cap. 2.* Aſſimulaveris illos exſtructoribus *La-byriinthi*, qui portentofiſſimum humani ingenii opus fuit, itinerum
ambæ

ambages, occurfus & recurfus inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, redeundūq; in errores eosdem. Leg. Plinius, lib. 36. 13. Herodotus Halicarn. lib. 2. n. 85. Isidorus. Orig. lib. 15. cap. 2. col. 1193. quem vid. inter autores Latinæ Linguæ à Gothofredo editos. Rectâ itaq; nos incedere oportet viâ, ne vel ad Scyllam (de quibus multa Poetæ Homér. Odysf. 1. Virgil. Georg. 1. Æn. 3. Ovid. 14. metam. juxta & Senec. in Mædea act. 2. Poulan. in Corinth. Strabon. lib. 1. & 6.) vel Charybdim dilabamur: Equidem, Poetâ monente, 1. 6. Æn.

facilis descensus Averni:

Sed revocare gradum superasq; evadere ad auram

Hoc opus, hic labor est.

§. 33. Statum causæ præsentis quem cum Sanderus, Bellarm. & reliqui, neglexissent, tractare diligentius videri voluit Costerus; sed quàm corruptè, demonstravit D. Chamier. *Panstr. Cath. lib. 9. cap. 2. pag. 147. T. 2. DE HIERARCHIA ECCLESIASTICA communis lis est: Sed in omnibus non habemus Pontificios adversarios. Etenim Ecclesiam esse domum DEI, quæ suos habeat & Domesticos & Oeconomos Divinis literis disertius testatum est, quàm ut ab ullo pio ambigi possit, 1. Tim. c. 3. v. 15. Domesticos in hac domo sunt omnes Sancti, Eph. c. 2. v. 19. Oeconomi sunt Verbi Ministri, qui per claves divinitus sibi traditas recludunt thesauros, quos Deus in Ecclesiæ domum deposuit, hîc igitur requiritur ab Oeconomis fidelitas. 1. Cor. c. 4. v. 2. Ut rationem suæ administrationis DOMINO olim reddere possint. Gerhard L.C. Theol. Loc. 26. de Ministr. Ecclesiastic. Tom. 6. pag. 51. Unde constat etiam, habere eandem domum, Ecclesiam, suam Oeconomiam; quorum enim alias Oeconomi? Et propterea testatur Apostolus, omnia ordine & decenter in Ecclesiâ agi debere. Quare inter Orthodoxos & Papistas non controversitur hæc generalis quæstio; *Sitne aliqua ratio Ecclesiæ gubernandæ?* Imò etiam, quia Ecclesia sit domus, non cujuslibet, sed DEI, quàm certum est, solum Patrem familias jus habere suæ Domûs custodiendæ, tam nemo dubitat, quæcunq; tandem in Ecclesia sit Administratio, eam à DEO institutam esse oportere.*

§. 34. Hæc cum utrinq; ita habere sese concedantur, tum oritur quæstio, cum agitur de ipsâ Regiminis formâ, quam in Ecclesia constituit, quæ-

quænam illa tandem sit, *Monarchicane, an Aristocratica, an vero Democratica?* Constat enim, tres olim constitutas fuisse Societatis humanæ formas, quarum *Una βασιλεία*, alio nomine, *Monarchia* vocabatur, in qua Regimen ab unius nutu pendet, qui REX & MONARCHA dicitur. Altera *αριστοκρατία* seu *Optimatum Potentia*, in qua primas tenent, qui cæteris consilio, gravitate & virtute præstant. *Tertia δημοκρατία*, popularis administratio, quæ ex censu potestas dicitur, ubi tenuioris fortunæ Cives cæteris obtemperant. Ex tribus his Unam Ecclesiæ Regiminis formam attemperandam esse creditur.

§. 35. Ethicè maximè evahitur *Monarchia*, cum sit unius principatus, & *Monarcha* sit *Summus Princeps*, qui solus in subditos universos & singulos imperium cum administratione tenet. Natura enim *Monarchiæ* illa esse dicitur, ut nutu & potestate unius Res publica administraretur, quæ propriè est potestas suprema, non pendens ab alieno arbitrio, qua unus in universos & singulos imperandi jus habet, à quo cæteri, qui sub eo Rempublicam per partes sibi creditas, moderantur, pendet, & tanquam illius Officarii sunt, per quos Monarcha sua mandata exequitur. &c. Joh. Althus. *cap. 39. Politic. de Specieb. Summ. Magistr. p. 639.*

§. 36. Tanta eminentia maximè arridet Pontificiis, propterea in eo sunt toti, ut Pontifici Romano, Vejovi suo, *Monarchiam* vindicare possint; Hinc operosè sudant probare, *Monarchiam, Optimum Regimen* esse, *Aristocratix & Democratix* longè præferendum. Nicolaus Sanderus *totis octo libris* prolixè disputat de visibili *MONARCHIA* Ecclesiæ: Et *lib. 3. cap. 3. seq.* sedulo probare conatur, *Monarchiam* esse optimum & dignissimum gubernationis genus, ut Nos judicare debeamus, id à CHRISTO in Ecclesia ipsius positum esse constitutum. Sic & Gerson, *Monarchiam* præferendâ esse omnibus aliis formis Principatum, sentit. *Tom. 1. cap. 5. de Potestat. Eccl. fol. 861.* Bellarminus non solum præsumit evincere è Scriptoribus omnibus Hebræis veteribus, Græcis, Latinis, Theologis, Philosophis, Oratoribus, Historicis, Poëtis, eligendam esse præ cæteris *Monarchiam*; sed & demonstrare, Ecclesiasticum Regimen debere esse *Monarchicum*. *Controv. 3. generali de Roman. Pontific. lib. 1. cap. 2. & 5.* Subscribit Jacobus Gretserus, defensor Controversiar. Bellarmin. contr. Jun. Danæum, Sigeband. *Tom. 2. lib. 1. cap. 1. & 2. fol. 403. seq.* Idem sentit Jacob. Tirinus, *Jes. Controv. 6. de Pontific. Roman.*
quem

quem fingit Supremum Caput Ecclesiæ atq; Monarchâ. Adamus Conzen faceretur, quæstionem illam non in Curia modo & concione populi, sed & in exercitationibus Scholasticis agitatam esse, neq; recedit ab his, sed novem rationibus militat pro eminentiâ Monarchiæ, quibus illam insimul commendatam vult. *Lib. 1. Politicor. cap. 21. fol. 45. seq.*

§. 37. Incasum autem videmus laborare Pontificios: Non enim heic est quæstio de præeinentiâ Regiminis, *Sitne Regimen Monarchicum præferendum Aristocratico pariter & Democratico?* Disputantur quidem illa in foro Politico: Neq; tamen in unum consentiunt omnes, sed adhuc sub Judice lis est. Apud Herodotum, *lib. 3.* controversiam istam invenimus inter Septem Optimates agitatam. Otanes ad Democratiam inclinabat. Alius ex Septemviris Pers. Magic. Megabizus ad Optimates deferendam Rempublicam censebat. Darius, Hystaspis filius, nihil melius esse Imperio unius hominis, dicebat. Sic pro Democratia disputant multi, Mich. Piccard. *Decad. 2. cap. 1. c. 8.* Bocalin. *2. d. Parnal. cap. 6. fol. 24. seq.* Smith. *1. 1. de Rep. Angl. c. 14.* Consent. Peretz. *in aphor. fol. 32. num. 175.* Clapmar. *lib. 2. cap. 21.* Aristocratiam præferunt, Eberartus à Weyh. *problem. Reg. pag. 99.* Tileman. *Disp. 2. vol. 1. & c.* Cæteri faciunt pro Monarchiâ, Xenophon in *Pædia Cyri*, Plutarchus, in *lib. de unius & multorum dominatu.* Aristoteles, *lib. 3. Politic. c. 7. & 1. 5. c. 10.* Cicero *3. de leg. Volaceran. l. 36. philolog.* Beroaldus *de Opt. statu Reipub.* Agrippa *de Politicis.* Simanc. *de Republ. lib. 3. c. 2.* Lipsi. *lib. 2. monit. Politic. cap. 1.* Joh. Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 4.* Patricius *lib. 1. de regno tit. 3. Et de Republ. lib. 1. tit. 1.* Jovinian. Pontan. *4. d. Melch. Jun. lib. 1. politic. quæst. 4.* Hipp. à Collib. *in Princ. cap. 1.* Arnisaus *Polit. cap. 10.* Jacob. Martin. *Centur. 1. quæstion. illustr. Philosoph. Disp. 6. quæst. 10.* Stobæus, *serm. 45.* Dónell. *lib. 1. com. 7.* Keckerman. *1. Polit. 1. Et Disp. pract. 26. probl. 6.* Jacob. Alemann. *consult. 4.* Timpler. *1. 5. c. 2. quæst. 5.* Schönborner. *lib. 5. c. 2.* Chokier. *aphorism. Politic. 1. c. 3.* Velsten. *Cent. quæst. polit. decad. 7. thes. 3. seq.* Barbaramus *in Officin. Tit. de Princip. num. 10.* Et heic quilibet suo abundare vult sensu. Christophorus Bofoldus, *Polit. lib. 1. cap. 9. de Statu Reipublic. subaltern.* postquam disputationes partium recensuisset; At Ego, inquit, eas Imperiorum formas, in libertate ubi vivitur, non plus cæteris laudatim; Sed eas, in quibus integritati legum, justitiæq; plenius cautum, prospectumq; est. Id quod in *Mixtâ Reipublic. Specie* maxime fieri ar-

fieri arbitrat, in cuius rei approbationem citat, Guicciand. *hypom. pol. 108.* Piccolom. *gradu. 10. c. 11.* Wehner. *in Metamorph. Rerump. cap. 1.* Camerar. *1. medit. c. 88.* Contarenum de *Republ. Venet. 1. fol. 9.* Zepper. *de legib. Mosaic. lib. 3. c. 6. alios.* Dirimit Petrus Gregorius hitem de tribus prioribus Rerumpublicarum Speciebus & formis in hunc modum; Certè tres omnes Species Reipublicæ, **POPULI, OPTIMATUM, & MONARCHIÆ**, quia ad bonum publicum respiciunt & tendunt, laudabiles sunt, ut plures bonam unam, alii aliam probant, prout mores populi dispositi sunt: Sicut enim Ægyptii non potuerunt esse sine Rege: Athenienses contra non poterant Monarchiam pati. &c. *Lib. 5. de Republ. c. 3. p. 152.*

§. 38. Quicquid tandem sit, illa omnino huc non quadrant, cum de Regimine Ecclesiastico res agitur, ea ratione, quæ *visibiliter* administrari possit. Non enim de *Optimo* Ecclesiæ Regimine iudicandum est *ex principis Politicis*; quia Regnum CHRISTI non est de hoc mundo. *Joh. c. 18. v. 36.* Et Athenæ vix quicquam commune habent cum Hierosolymis. Monarchia, Aristocratia, & Democratia non possunt in contentionem venire, quæ cui sit præferenda, *adnotante Amefio cont. Bellarm. Tom. 1. lib. 3. cap. 1.* nisi in iis Societatibus, quæ *Archian & Cratian*, vel *ἡγεμονία καὶ βασιλεία*, id est, Dominium & Imperium in sua Rectura admittunt: Regimen autem Ecclesiasticum visibile non est imperium, sed ministerium. *1. Cor. c. 4. v. 1. & 2. Cor. c. 1. v. 24.* Otiosum itaq; est speculari, quo Regiminis modò *ex opinione* hominum optimè Ecclesia in terris regi possit? Spectare quidem nos decet, quomodo Deus illam regi voluerit? Nostrium verò non est pronunciare, quod Regimen sit optimum, & inde inferre, Deum debuisse illud in Ecclesia constituere; sed potius ex verbo inquirere, quale Regimen Deus in Ecclesia constituit, & ex eo certò concludere, tale Regimen esse Ecclesiæ optimum & utilissimum. Et quid iuvat, multum contendere, quale Regimen Ecclesiæ esse potuerit optimum? Res tota in eo versatur, quale Deus esse voluerit: Hinc patet, quale debuerit esse.

§. 39. Jam quæritur; An voluerit CHRISTUS, postquam ascendit ad cælos, suamq; Ecclesiæ subtraxit visibilem præsentiam, *unum* aliquem esse debere, qui *visibiliter præsens* totam per universum orbem diffusam Ecclesiam *μοναρχικῶς* gubernet & regat? Et si voluerit: An sit talis *unus* quisquam à CHRISTO constitutus omnium Ecclesiarum toto orbe dispersarum Monarcha? Quod iterum duo implicat proble-

ma. Primum de *Thesi*; Utrum scilicet aliquis à CHRISTO ita constitutus sit Ecclesiæ Monarcha visibilis? Alterum de *Hypothesi*, quemnam credamus à CHRISTO constitutum esse? Habet autem & hæc Hypothesis partes itidem duas. In priori quaeritur de primo Monarchâ, quem à CHRISTO collatum dicamus in hoc tam excelso folio? In posteriori, de Ejus primi MONARCHÆ Ecclesiæ visibilis successoribus ad hoc usque tempus. Et in priori quidem diserta est Pontificiorum assertio; PETRUM Apostolum cæteris omnibus prælatum, à CHRISTO plenam, summamq; administrandæ Ecclesiæ potestatem accepisse, atq; adeo institutum fuisse MONARCHAM. In posteriori affirmant Papistæ, Episcopum Romanum, seu P APAM, PETRO succedere in universam illam Ecclesiæ regendæ potestatem, quæ nullis aut Regionum, aut Personarum circumstantiis, contrahatur. Hypotheses seu postulata Pontificiorum, quæ sunt apud Suarez. in Regem Britannia. lib. 3. n. 12. 13. Bellarmin. de Pontific. Rom. lib. 2. cap. 9. 10. n. 12. Becanum in Manuali lib. 1. 2. 4. succinctè proponit Gisbert. Voëtius *Disput. Select. Theolog. part. 2. Dup. de Translat. papæ, à petro ad papam pag. 699.*

§. 40. Hæc dum agitantur inter Protestantes & Pontificios, non quaeritur; An Ecclesia Christiana MONARCHICO REGIMINE gubernetur, & forma gubernationis Monarchicæ in Ecclesiâ Christianâ sit retinenda? Sed hoc quaeritur; An illa Monarchica gubernatio à MONARCHA VISIBILI & per conversationem mundanam accessibili sit perficienda?

§. 41. PRIOREM quaestionem affirmam⁹, quam tuentur Ecclesiæ Luther. Dd. & Magni nominis Theologi, asferentes, CHRISTUM secundum ueramq; naturam esse Monarcham Omnipotentissimum, Omniscientem, Omnipræsentem, adeoq; Monarchicæ rationem in Eo lucere ab omni imperfectione remotam. In primis verò Magnific. & Amplif. Dn. D. J. Georg. Dorscheus, Evergetes noster pl. venerandus, solidissimè confirmat, CHRISTUM MONARCHAM esse (1) absolute, adeò ut nulla creatura existens aut exitura, nullus aut externus, aut internus, sive motus, sive actus, sive habitus, & si quid præterea in Creaturis cogitari potest, sit, quod non huic Monarchæ subjiatur. (2) Infinite, sive terminos Domini, sive objecta dominationis, sive reliqua ad dominium perfectissimum requisita respiciamus. (3) Intimè, præsentem gubernandis, ad quam Monarchicam CHRISTI Gubernationem ducunt Sac, Literarum effata

Ephes. c. 4. v. 1. 1. Cor. c. 15. v. 25. Phil. c. 2. v. 9. Matth. c. 28. v. 18. quæ dexterrime ab Eodem explicata & applicata leg. in *Dissertation. Ipsi. Undec. Vindictiar. & Animadversion. ad Rob. Bellarmin. alleg. ex Exod. Mosaic. cap. IV. Dissert. 7. §. 3. 4. pag. 150. seq.*

§. 42. Et tanta vis est veritatis, ut teneatur & ipse Bellarminus confiteri; REGEM absolutum & MONARCHAM liberum totius Ecclesie solum CURISTUM esse. *Controv. 3. general. de Roman. Pontific. lib. 1. cap. 5.*

§. 43. Quod verò ad POSTERIOREM quæstionem attinet, de MONARCHA VISIBILI controversia est, quæ duo implicat. primum; An aliquis debeat esse CHRISTI VICARIUS in terris, qui visibiliter Ecclesiam gubernet? Et hoc nos negamus. Non enim opus est VICARIO, ubi REX ipse præsens est Ecclesie, quod ubertim de CHRISTO probat, Johan. Gisenius, in *Papism. Dup. 7. contra Pontific. Roman. disp. 1.* Ex hypothese Bellarmini, Ecclesie optimum debetur Regimen: VICARIATUS verò MONARCHICI Regimen non est optimum Regimen: Semper enim melior est PRINCIPIS gubernatio per se, quàm per VICARIUM: Et melius est solis legibus, quàm VICARIUS Rempublicam gubernari, ut scribit Bellarminus. *lib. 3. de Laic. cap. 10.* Ergo.

§. 43. Alterum; An PETRUS Apostolus aliquando à CHRISTO constitutus sit MONARCHA Ecclesie talis, qui tanquam VICARIUS Ipsi Ecclesie visibiliter præsens omnem & absolutam in terris exerceat potestatem? Pontifici affirmant, ut ex antea dictis constat. Et in his cardo totius negotii vertitur, Negativam verò nos & hic tenemus.

§. 44. Neq; tamen inde, quòd negemus REGIMEN MONARCHICUM Ecclesie esse tale, ut à SUMMO aliquo homine, vel Petro vel Paulo, visibiliter administretur, metuenda est confusio, possumus enim analogon aliquod Monarchie admitti, quod consistit in solo primatu Ordinis, D. Danhaw. docente, in *Idea boni Interpretis Sect. 2. artic. 6. §. 40. p. 290.*

§. 45. Et sic concedimus PETRO quoq; superioritatem ordinis pariter & prioritatem ætatis, quia Senior fuit, Hieronymo, *lib. 1. advers. Jovin. cap. 14. fol. m. 151.* Chrystomo, *Comm. in cap. 2. ad Gal. Casiano, lib. 3. de incarnat. Ar-Montano, in Elucidation. in Job. 21. suffragantibus.* Conceditur Eidem primatus vocationis, quia primus omnium à CHRISTO vocatus aseritur, per Hilar. *can. 7. in Matth.* Gregor. Magn. *lib. 2. sup. Ezech. Homil. 18. fol. m. 94. A.* Quorsum facit, Petrum & PRÆLATUM appellari.

pellari, & PRIMUM, & CAPUT, & PRINCIPEM, quomodo Patres eum
 vocare contueverunt, Epiphanius, *Heres. 51. Tom. 1. fol. 440. C. Edit. Paris.*
 Cyrillus Hierosolymitanus, *Catech. 2. Cyrillus Alexandrin. lib. 12. in Joh.*
fol. 1064. E. Tom. 4. Edit. Lutet. Autor quæstion. V. & N. T. inter Oper.
 Augustin. *Tom. 4. quæst. 75.* constitutum vocat Petrum CAPUT Aposto-
 rum, ut Pastor esset Dominicæ gregis. Taceo alios. Quæ vero omnia
 intelligantur ratione ejusdem prioritatis, qua Petrus *primus ordine &*
tempore fuit Apostolus: Si autem extendantur ad *jurisdictionem aliquam*
& potestatem, quam obtinisset Petrus in Apostolos reliquos & totam
 Ecclesiam, istam appellationum gloriam eliminamus æquo jure, PRIN-
 CEPS enim propriè dictus Ecclesiæ Petrus non fuit, ut gloriantur Ad-
 versarii asserentes; Id statuendum fuisse Petrum in tota Ecclesiâ, quod
 est PRINCEPS & Monarcha in Republicâ, qui cum summâ atq; absolutâ
 jurisdictione dispensare de fide, leges condere in tota Ecclesiâ obser-
 vandas, & inobedientes coercere potuerit. In quem sentum à nostro
 non alienum ita scribit Marcellus Patavinus, *in defension. par. pag. 203.*
 Quod si B. Petrus à quibusdam Sanctorum PRINCEPS APOSTOLORUM
 scribatur, dictum est largè & *impropriè* sumendo vocabulum PRINCIPIS,
 etiam si sic aperte contra CHRISTI sententiam & oraculum, ubi Matth. c.
 c. 20. & Luc. c. 22. inquit; PRINCEPES gentium dominantur eorum,
 vos autem non sic. Ideoq; dicendum, sic Sanctos locutos fuisse, non
 propter potestatem aliquam à CHRISTO super Apostolos sibi datam, sed for-
 tasse, quia *etate seniores* aut quia CHRISTUM prius confesus est, fuisse filium
 DEI consubstantialem, vel quia fortasse fuit in *fide ferventior*. &c.
 Huc facit *primatus præstantiæ*, quum ob *personales dotes* quis inter alios
 eminent. Sic sanè Paulus agnoscit *ἑνὸς ὑπερῶν ἁποστόλων*, 2. Corinth. c. 11.
 v. 5. Et cap. 2. ad Galat. v. 9. Apostolos nominat, qui CLARIORES inter
 ceteros erant, Interprete Ambrosio, & *firmitatis causâ columnæ* voca-
 bantur. Eusebius etiam *lib. 1. Hist. c. 1. fol. 2.* Apostolorum *præstanti-
 morū* successores meminit. Constitutos esse Apostolos PRINCEPES super
 omnem terram, scribit And. Cæsariensis *ad cap. 13. Apocal. Comm. fol. 701.*
 Intercedebat enim inter Apostolos *discretio* quædâ *præstantiæ & dignitatis*.
 Unde Eusebius Emisenus, *Homil. in Natal. Apost. Pet. & Paul.* Christiano-
 rum PRINCEPES vocat Petrum, Paulum & Andream. Ita Ambrosius,
Serm. 66. Petrus & Paulus, inquit, eminent inter universos Apostolos,

& peculiari quadam prerogativa præcellunt. Eo itaq; sensu vocatur Petrus PRINCEPS Apostolorum *excellentissimus*, à Cyrillo Hierosolymitano: Apostolorum CORIPHÆUS, à Dorotheo Syro in *Synops. leg. in Bibliothec. Magn. Patrum. Tom. 7. col. 101. D.* Coriphæus Apostolici fodalitii, ab Isidor. Pelusiot. *epistol. 142. lib. 1. pag. 37.* Possunt id genus plura dici in laudem Petri absque Monarchico fastu, à quo liberam volumus Eundem.

§. 46. Fastuosi verò pontificii adeò audaces sunt, ut non erubescant asserere, petrum ad tantum Imperii fastigium elatum & ab Ipso CHRISTO MONARCHAM universæ Ecclesiæ *constitutum* fuisse. Et hoc tantquam articulum fidei necessarium obtrudunt credendum iis, qui salvari cupiunt, necesse esse petro, & Ejus Successori, Pontifici Romano, subesse. Inter hos maximè celebres sunt Robertus Bellarminus & Cæsar Baronius, uterq; Romanæ curiæ Cardinalis. Bellarmini hæc prostat assertio, *lib. 1. de Pontif. Roman. cap. 10.* Petrus fuit totius Ecclesiæ CAPUT, *Loco CHRISTI ab ipso CHRISTO institutus*, cujus Successor Romanus Pontifex. Et *lib. 3. de Eccles. cap. 5.* Nemo potest, etiamsi velit subesse CHRISTO, & communicare cum Ecclesia cœlesti, qui non subesset Pontifici. Et hoc esse simpliciter de fide tam serio docet, ut contrarium sentientes hæresios damnet Hæresiarcha superbus. *lib. 1. de Rom. Pont. c. 10. §. 2.* Baronius nec minus rem ita æstimat, ut, sine obedientiâ Sedis Romanæ nec fidem nec bona opera prodesse, asseveret, *ad Ann. 849. num. 17. Tom. 10. Annal. Eccles. fol. 69.* Scilicet nihil remittendum putarunt Romanæ Curie Adulatores, quo vel minimum fastus Pontificum reprimeretur, aut emendaretur.

§. 47. Merito verò nos urgemus Adversarios, qui affirmativam tenent, ut probent; CHRISTUM *ordinasse* aliquando Ejusmodi Ecclesiæ Monarcham, qualem definiunt ipsi. Atq; ita possumus multis controversiis ansam præcidere. Illud enim Antagonistæ vel ad d. 30. Februar. vel ad Calendas Græcas præstabunt. Obstant enim maximè loci, Matth. *c. 20. v. 25. 26. Luc. c. 22. v. 25.* *Reges Gentium dominantur eis*, vos autem non sic. Si itaq; nullum CHRISTUS ordinavit Monarcham, qui dominetur Ecclesiis: Ergò nec Petrum constituit. Deind? Si Petrus non est constitutus à DOMINO MONARCHA Ecclesiæ, evanescit sæpe jactata & multis deprædicata Successio Pontificum Romanorum in Locum Petri.

Ut pres-

Ut pressius stringamus Adversarios, ita procedimus; Si Petrus fuerit MONARCHA ECCLESIASTICUS, obrinuit dominatum vel *de facto*, vel *de jure*. Non *de facto*. Ergo *de jure*. Si *de jure*, vel *humano*, vel *divino*. Non *humano*, quod nullum est in spiritualia, *probante Laurentio Banck, Diasceps, de Tyrannid. Papæ pag. 58. 59.* Ergo *divino*. Quod probandum est: Ostenderè enim debet, qui potestatem super alios se habere dicit, quoniam sibi credendum non est. *c. cum in jure. Extr. d. offic. & potest. Jud. De leg.* Quia ejus non litatur verbo. *c. cum à nobis Extr. d. Test.* Nam qui cum mandatis se venire asserit, nisi scriptis probaverit, ei non erit fides habenda. *l. un. Cod. de mandat. Princip. l. 4. l. 5. Cod. d. Jur. Fisc. l. unic. Cod. Theod. d. Mand. Princip. Nov. 25. 26.* Præfertim in iis, quæ *suprema* sunt & concedi non consueverunt. *c. quod translationem. Extr. d. Offic. Legat. c. quod super his. Extr. d. fid. instrum.*

§. 48. Heic ne quid desit jaçantia, multa *de jure divino* splendide proponunt Romanenses. Bozius dapsilia verba promit, quibus affirmat, Petrum & Romanum Pontificem accepisse omnem vim Regiam, potestatem atque Dominium *jure divino*. *lib. 3. de Eccles. Monarch. temporal. & jurisdiction. cap. 14. & lib. 5. c. 18.* Audiebamus Bellarminum gloriari; Petrum fuisse totius Ecclesiæ caput, ab ipso CHRISTO institutum §. 46. Ex CHRISTI institutione Petrum Summam præposituram primum omnium gessisse: Et post Petrum deinceps Pontifices Romanos, Petri in cathedra Successores, Lovanienses tradebant. §. 27. Nicolaus II. per Petrum Damianum, Legatum suum ad Mediolanenses, qui Ecclesiam Romanam sequi, eiq; reverentiam exhibere detrectabant, *distinct. 22. r. omnes*, scribebat, CHRISTUM Beato æternæ vitæ Clavigero, PETRO, Terreni simul & cœlestis Imperii jura concessisse. CHRISTUS, dicebat *Costerus*, substituit sibi Vicarium unum, qui Ejus vice Catholicæ Ecclesiæ præseset, nimirum B. Petrum, quem ut pastorem cæteris Christianis omnibus præfecit. *In Enchirid. cap. de Rom. Pontific. §. Esto ergo.* Sic & Coccius, Petrum Ecclesiæ universæ PRINCIPEM & pastorem ab ipso CHRISTO Salvatore constitutum esse, asserit, *Tom. 2. Theaur. lib. 7. art. 4.* Conter & Pighium, *lib. 3. Monarch. cap. 2.* Canum, *Loc. comm. lib. 6. cap. 3. propos. 1.* Stapleronum *in Relect. controv. capital. 3. quæst. 1.* Nicol. Sanderum *lib. 3. de Clave David. cap. 5.* cæteros. Audivimus & hanc conclusionem: Sed asseritur, quod est in quæstione & petitio principii. probandum

bandam est quod dicitur, alias ea facilitate rejicitur, qua dicitur. Pythagoreum olim erat *ad rōs* & *Qa* receptum & usurpatum ab iis, qui præceptoris sui auctoritatem habebant pro principio probandi, ut in omnibus dubiis atq; controversis valeret, *Ipse dixit*. Ignoscant verò pontificii, quod tanti illos non faciamus.

§. 49. Equitè itaque Adversarii *Petrum* huc ingerunt, priusquam probaverint, Eum à *CHRISTO* constitutum esse Pontificem *Oecumenicum* sive *Ecclesiæ Monarcham*. pereunt eò ipsò argumenta Pontificiorum omnia, suntq; de nihilo, quæ non disertè concludunt: Ergò *PETRUS* est *Monarcha Ecclesiæ universæ* & *CHRISTO* constitutus atq; declaratus, ut tanquam ipseus vice fungens Ecclesiam in terris *visibiliter* gubernet, & absolutam in quovis exerceat potestatem.

§. 50. Næverò nihil omninò Adversarii agere videantur, patrocinijs causa semel susceptæ accersere conantur Romanenses ex loco, quem ventilare suscepimus, *Matth. c. 16*. Illis tanquam solennibus verbis *Divinam* providentiam fundamentum *Hierarchiæ Ecclesiasticæ* potuisse, aut magis admodum *Contzen, Comm. in h. l. quæst. 1. fol. 316. Primariam* in Ecclesia auctoritatem heic à *CHRISTO* collatam esse *Petro*, ex illo probare conatur *Gregorius de Valentia, lib. 7. de rebus fidei. cap. 2. fol. 61. Bellarminus libr. de Roman. Pontific. c. 10.* plurimum facere pro conferendâ *Petro* *Monarchiæ Ecclesiasticæ* hoc dictum sentit. Cæteri *Romani* sedis promachisere omnes inde stabilire volunt & *Petro* & *papæ* Regimen *Ecclesiæ Monarchicum*. *Leg. Onuphrius Panvinius lib. 1. de Primatu petr. part. 1. cap. 1. pag. 2, Petrus Cottonus Institut. Catholic. lib. 2. de primatu petr. cap. 8.* Dissentiunt tamen in eo, quod *Bellarminus loc. c. & Rayhingius in Euchir. Cathol. pag. 128.* statuunt, *Petro* heic duntaxat promitti, quod futurus sit *Ecclesiæ* fundamentum & *Monarcha*, cum ponantur verba *futuri temporis*: *Thomas verò 4. sentent. dist. 19. Lomb. Alex. Ales part. 9. 20. Johan. de Turrecrem. lib. 2. c. 17.* cæteri volunt, quod *PETRUS* per hæc ipsa verba acceperit potestatem *Ecclesiæ* regendi, cum *CHRISTUS* dicere & facere unū sint. Rem vero ita proponūt; *CHRISTUS* *I. coacto* *Discipulorū* Concilio duo proponit ventilada, unū de fide, alterum de *Regimine Ecclesiastico* 2. *petrus* de *priori* puncto discernit, de *posteriori* *CHRISTUS* clavum figit, in quo *uni* & quidem *Petro* *Ecclesiæ* *Monarchiam* tradit. Et 3. æquum judicavit, *Regimen Ecclesiæ* esse

Monar-

Monarchicum, cum (1) pluralitas principiorum & carentia principii initia sint inordinationis, quæ à Deo sit aliena. Hæc ratio datur à Barlaamo Episcopo Hieracensi in Epist. ad Græcos (2) Non videatur Dominus fuisse discretus, nisi post se ejusmodi Vicarium reliquisset, quæ ratio est Auctoris glosarum in *Extravag. unam sanctam*. Cum (3) Monarchica tanquam præstantissima forma debeat Ecclesiæ. Est hoc argumentum Bellarmini. Sequuntur 4. Verba conferentia. Tu scilicet, qui hæctenus solus confessionem edidisti, es Petrus, id est, petra in dijudicâdis fidei controversiis infallibilis & DOMINATOR universæ, non Ecclesiæ solum, sed Reipublic. etiam, sicubi videbitur Ecclesiæ bono obesse: Es super hanc Petram, Tu videlicet relative, ædificabo Ecclesiam meam id est, Tu & tui Successores in Episcopatu Romano eritis illa infallibilis & Dominatrix PETRA, è qua pendebit Ecclesiæ. Hæc est Glosa Loci tot commentariis agitari, collecta ex variis Pontificiorum scriptis à Clar. D. Joh. Conr. Danhawero. *leg. Sect. 2. artic. 6. Idea Boni Interpret. §. 36. p. 283.* Optimè omnia pro Pontifice Romano dicta sunt ab ingeniosis Inventoribus, ut vix in Ecclesiâ illa fastuosâ vel quicquam decantariis audiatur. *Leg. Bartad. Comm. in Concord. Evangelist. super h. Tom. 2. lib. 10. cap. 24.* An vero vel unicum hoc ex CHRISTI dicto secundum mentem eorum; Petrum constitutum esse à DOMINO MONARCHAM Ecclesiæ, solide probari possit? Est quod nunc maxime controversitur.

PUNCTUM SECUNDUM

EPICRISEOS.

S. 51.

Pontificii rem suam heic agiducunt, & propterea vehementer sudant pro obtinendâ Monarchiâ Romani Pontificis præsentem Textum interpretari, nihil quicquam prætermittentes, quo Romanam sedem juvare se posse confidunt. Nos non quasvis eorum congeremus quisquillas, neque singulas minutias rimabimur; sed ea spectabimus, in quibus potissimum cardo vertitur causæ, ut Adversarios magis magisque stringamus, quod jam ante per POSITIONES nonnullas se-

las secundum ordinem & rationem Textus nostri facere constitueramus, ut demum manifestum fiat, CHRISTUM heic nullam novam instituisse Monarchiam, atq; ita factum esse, PETRUM & Ejus Succesores ex Institutione CHRISTI juxta tenorem hujus loci, MONARCHICUM REGIMEN, atq; omnem in Apostolos & universam Ecclesiam obrinuisse jurisdictionem & potestatem.

PROPOSITIO I.

Impositio nominis Petri non infert Monarchiam novam Ecclesiasticam, ipsi præ cæteris Apostolis à CHRISTO concessam.

TEXTUS

GRÆCUS

Matth. Cap. XVI.

v. 17. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἰησοῦς, εἰπὼν αὐτῷ, μακάριε Σίμων υἱὸς Ἰωάννου. Ἐκ.

v. 18. Καὶ γὰρ δὲ σὺ λέγεις, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος. Ἐκ.

VERSIO

MARTINI TROSTII.

juxt. Syr.

v. 17. Respondit JESCHUA, & dixit illi, Beatus es Schemem filius Jauna. Ἐκ.

v. 18. Etiam Ego dico tibi, quod Tu es Cipha. Ἐκ.

TRANSLATIO

THEOD. BEZÆ.

e Græco Archetyp.

v. 17. Tunc respondens JESUS, dixit ei, Beatus es Simon Bar Jona. Ἐκ.

v. 18. Et ego tibi dico, quod tu es Petrus.

VER-

Nn. 40. Et JESUS ei respondens: *Beatus es, inquit, Simon Jonaide. &c. Et Ego quoque tibi dico, Tu es Petrus, & in hac petra construam meam Ecclesiam, quam orci porta non superabunt.*

v. 17. Und JESUS antwortet und sprach zu ihm; *Esig bistu Simon / Jonas Sohn. &c.*
v. 18. Und ich sage dir auch / du bist Petrus. &c.

EVOLUTIO.

§. 52.

Mulcorum operis impendunt Adversarii colligendis PRÆROGATIVIS, quibus præsumunt PRIMATUM PETRI atque Pontificatum probare. Rossianus, cum promitteret, se ostensurum, quod Summus Pontifex, Monarcha & totius Ecclesiæ Caput fuerit Petrus, primo ex Scripturis, deinde ex Patribus, *prærogatarum* fucō deceptus atque fascinatus; *Age, inquit, primūm ex Petri prærogativis, quæ non pauca sunt, illud ostendemus. In Consutation. artic. 25. Luther. Prærogativa, scribit Wih. Lindanus, luce quavis meridiana clarius singularem Petri Majestatem nobis demonstrant. Panopl. Evangelic. lib. 4. cap. 81. fol. 591.*

§. 53. Becanus Jesuita tantarum prærogatarum, quibus Petrus pollere fertur, tredecim colligit, *Tom. 5. Opusculor. lib. 2. de Republic. Ecclesiastic. cap. 6. pag. 692. seq. Conf. Manual. cap. 4. num. 45. Bellarminus viginti earundem octo recenset, quarum viginti e S. Scripturâ deducit, octo reliquas ex traditione sumit, utpote ex Matth. Sex, ex Luc. & Johanne quinq., ex Actis & Pauli epistolis octo: Ex traditione cæteras, quæ proditur, quod CHRIS TUS suis manibus solum Petrum baptizavit, quod*

solus Petrus à CHRISTO ordinatus Episcopus fuerit, quod sub nomen vitae CHRISTUS ipse Petro dignatus sit apparere, & roganti, quo vadis? Venio, respondere, Romam iterum crucifigi? *Controv. 3. lib. 1. de Pontif. Rom. cap. 17. - 24.* Similia leg. *Tom. 1. Concilior. à Severino Bino, edit. part. 1. fol. 22.* Quantis eget mendacium, ut verum videatur! Non eget veritas simplicissima & aperta tam extortis ac violentis suffragiis, sed ipsa sibi satis est, scribit Lutherus in eadem causa contra Eccium. *Tom. 1. Gen. haer. fol. 229.* Argumentum Pontificiorum sic tale; Cuiusq; multæ competunt prærogativæ, ille est Monarcha Ecclesie. Atqui Petro competunt multæ prærogativæ. Ergo.

§. 54. Distinguiamus verò inter *prærogativas Personæ, & Officii.* Prærogativa & eminentia Personæ cum persona extipirat; Personalia enim & privilegia singularia ad Successores non veniunt: Prærogativa autem Officii manet, demptâ personâ. Quam distinctionem hic applicamus. Equidem concedimus Petro *prærogativas personales*, hinc illas Sac. Scriptura doceat, sive Patres tradant, ad Successorem aliquem nequaquam sese extendentes, quibus *Persona, non officium*, præfertur aliis. He vero *prærogativæ Personales* non inferunt Occum. nicum Pontificatum, alias foret *Pontificatus Personalis*, qui *aná cum Personâ extipiraret*, quod nunquam velint Adverfari; Actum emanseret de Pontificatu Romano, Petro jam dudum demortuò. De *prærogativis Officii Monarchici* quaeritur, atq; quia Petrus tale officium non habuit, neq; ejus quidem prærogativas habuisse, manifestum est. Hinc Nos, quemadmodum negamus, Petrum fuisse Ecclesie Monarcham; Sic non possumus concedere, Eum habuisse ulla prærogativas, quæ ipsum aliquo gradu Ecclesiastici Officii atq; potestate *Superiorem* reliquis Apostolis constituerint. Et sane, oporteret istas prærogativas, si essent *prærogativæ Officii* inveniri in omnibus, in quibus *ipsum Officium*. At res longe aliter sese habet. Nam quæcumq; enumerantur ab Adversariis, ea ipsa Petro sunt *propria*, ut nihil juris in eis habeat vel Pontifex Romanus, vel quisquam alius. Ergo non sunt *prærogativæ Officii*. Quia verò non sunt *prærogativæ Officii*, sed *personæ*, non potest ab his personalibus prærogativis fieri collectio ad officium, neq; inde evinci Pontificatus Romanus. Quemadmodum enim rite colligere non possum; Petrus multas habuit inter Christianos prærogativas: Ergo est constitutus Rex Romano-

manorum. Ratio; quia *prærogativa illæ personales non pertinent ad manus Regium*. Ita etiam non possum inferre; Petrus multas habuit inter Apostolos *prærogativas*: Ergo constitutus est Pontif. x Romanus vel Monarcha Ecclesiæ; Ratio est; quia *prærogativa illæ Personales non pertinent ad Officium Pontificatus*. Major itaq; Adversariorum ita est limitanda; Cuiusq; competunt *prærogativa Officii Monarchici Ecclesiastici*, ille est Monarcha Ecclesiæ. Jam vero Minor de Petro est falsa. Ergo Petrus non est Monarcha Ecclesiæ.

§ 55. Et quid? Posset quis præstantiores *Pauli prærogativas* allegare, ex quo tamen *primatum Monarchicum* in gratiam Pauli inferre nulli permitterent Pontificii, voluti nec Theoph. Raynaudus Sorbonistæ concedere vellet; *Petrum pariter & Paulum* fuisse Capita Romanæ Ecclesiæ, quod observatum est nuper ex illorum concertatione, cum tamen pro Sorbonistâ facit, quod Patres & alii *Petrum & Paulum pares* Apostolorum PRINCIPES pronuntiaverint, Chrysostomus *Comam. in Epist. ad Galat. c. 2. fol. 9. & Erasmus. Roterodam. Interp. Ambrosius lib. 2. de Spir. S. cap. 12* Bernard. Claravall. *Serm. 1. in fest. Petr. & Paul. fol. 105. col. 1. D Oper. Edit. Paris. Maxim. Serm. 66. Conf. Leo. Serm. 1. in Natal. Petr. & Paul.* Quin imò quod Gregorius dilerè scripserit; Paulum ad CHRISTUM convertum esse effectum CAPUT Nationum; quia obtinere totius Ecclesiæ PRINCIPATUM *Lib. 4. in lib. 1. Reg. cap. ult. fol. m. 327. H.* Hinc eosdem titulos Petro & Paulo tribuunt. Hieronymus, *in cap. 54. Esai. PRINCIPES* Apostolorum nominat. Chrysostomus, *Hom. 32. in ad Rom.* Columnas Ecclesiæ. Leo l. c. *Geminum Oculorum Lumen* in Ecclesiæ corpore. Venantius Fortunatus; *lib. 3. Carm. Fidei Turres, quas Urbs. Caput orbis, habet.*

§ 56. Sunt præterea, qui Paulum præponunt Petro, eidem maiora attribuunt: Equidem, Paulus illustriori modo ad Apostolatam vocatus est quam Petrus, videlicet, a CHRISTO *in statu exaltationis, præeunte* humis cælestis splendore; & voce *calius demissa*. Ipse solus a DOMINO appellatur VAS ELECTIONIS. *Act. c. 9. v. 15.* Paulus raptus fuit in tertium cælum, ibiq; *audivit vā deperā. 2. Cor. c. 12. v. 1.* CHRISTUS post ascensionem Paulo in visibili formâ apparuit. *Act. c. 23. v. 11. 1. Cor. c. 15. v. 18.* Primus ille a Spiritu S. mittitur prædicaturus Gentibus. *Act. c. 13. v. 1.* Unde etiam Paulus καὶ ἐξ ὧν *Apostolum* vocatur: Petrus non

item: Paulus in veritate fidei temper ambulavit: Petrus autem in mutando erravit, unde Paulus in faciem ei restitit. *Gal. c. 2. v. 11.* Paulus plures Ecclesias plantavit, & plus omnibus laboravit. *1. Cor. c. 15. v. 10.* plura pro CHRISTO & Ejus Evangelio pertulit, *2. Cor. c. 11. v. 23.* Ejus scripta etiamnum viventis citantur, & quidem à Petro. *2. Epist. c. 3. v. 15.* Et fuit *ratione Sapientie* Petro major, ipso Bellarmino fatente. l. c. Veteres, cum Apostolorum mentionem faciunt, Paulum primo loco collocant. Irenæus, *lib. 1. advers. Heres. c. 9.* Epiphanius *Heres. 34.* Apostolorum *primum*, Chrysostomus Paulum appellat. *Homil. 3. in Matth.* Apostolorum *præcipuum*, Emisenus (si tamen is Autor est) in *Homil. de Nat. Apostol. Petr. & Pauli* Apostolorum *Maximum*, Origenes, *Homil. 3. in Num. cap. 3.* Si itaq; à prærogativis personalibus fas esset argumentari ad Officium Monarchicum: PAULUS esset Papa atq; jure ampliori quàm Petrus.

§. 57. Superfedere heic postemus labore, ut inquireremus in prærogativam illam, qua opinantur Pontificii, ratione *mutati nominis* Petro deberi jura Pontificatûs atq; dominatûs Monarchici, ex superiori discursu ita ratiocinantes; Si nullæ, nisi prærogativæ *Officii* inferant Pontificatum, eundem nec inferat prærogativa *mutati nominis*. Ratio est; quia mutatio vel impositio nominis est *prærogativa personalis*, nihil commune habens *cum Officio*. Et procedit collectio ab universali. Atqui, verum est prius & supra probatum. Ergo & posterius. Ne autem (ut solent etiam ex minimâ occasione magnos captare Triumphos, & sibi plausus excitare) calunnientur Adversarii, Nos eorum argumenta dissimulare, nolumus iis abnuere.

§. 58. Tres desumit Bellarminus *ex cap. 16. Matth.* eminentias, quibus Primatum atq; Pontificatum Petri, ut metere possit Papæ, astruere nititur. Potissima inter illas est *Mutatio nominis Bar-Jonæ*, propter ea etiam primo loco atq; severe ab Adversariis tractatur. Quorum vestigia prememus, ut & initio de *primâ* agamus atque fusius, de ceteris postea atque brevius. Reliquæ jam non ad nos, qui inter limites Textus nos domi continemus.

§. 59. Prima Petri prærogativa est, *scribit Becanus*, quod CHRISTUS soli ipsi inter omnes Apostolos, *proprium nomen mutaverit*, quæ prærogativa illi communis est cum Abrahamo, qui cum antea vocaretur Abram, id est, Pater excelsus, postea vocatus est Abraham, id est, Pater mult-

ter multitudinis. *Gen. c. 17. v. 5. &c. Tom 5. Opuscul. lib. 2. de Republic. Ecclesiastic. cap. 6. de Prærogativ. Petr. fol. 692.* Sic jam ante Becanum scripserat Bellarminus; *Mutationem nominis Petrini esse primam eminentiam, qua CHRISTUS dignatus est Petrum, & propterea significare Dominium Monarchicum, quod CHRISTUS Matth. c. 16. Petro tale nomen dederit, quod Syriace Petram, Græcè vero CAPUT significet. Lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 17.* Autor, apud Severin. Binius, *Tom. 2. Concil. fol. 22.* Ipse DOMINUS, inquit, in singularem prærogativam sic loquitur ad Petrum in Evangelio; *Beatus es Simon Bar-Jona &c.* Hæc profecto singulariter Petro, primo Romanæ Ecclesiæ Pontifici, nulli aliorum, dixit DOMINUS.

§ 60. Resp. Mutationem circa nomina imposita aliquoties factam esse, vel ipsa Antiquitas docet. Sic Principio divino in V. T. viris, feminisq; mutatum nomen legimus, qua de re elegantem libellum scripsit Philo Judæus, quem edidit D. Höscheleg, *ω̄ερ 7 πετρονομαζουμένων 2̄ ω̄ν ἑσκέα μετρονομαζουτων?* In quo de nominis Abrahami, Saræ & Jacobi eum primis disputat; Sed ita, ut iudicium Jof. Scaligeri, quod *lib. 2. epist. 13.* ad Gilbertum Seguinum de eo exposuit, quod sc. Hebraismi non magnam, neq; accuratam habeat experientiam, ut pote ex Hellenistarum genere, satis exprimat.

§ 61. Aliud autem est, *aliud nomen aliquod aliud superimponere;* Et aliud, *Nomen consuetum mutare,* ut fiat illius proprii & consueti nominis antiquatio. Sic legimus quidem de Abrahamo, quod Deus, cum vocabatur *Abram,* illi non aliquod aliud nomen attribuerit, ut vocaretur *Abram Abraham;* sed quod nomen *ipsius solum* mutaverit, ut amplius non *Abram,* sed *Abraham* nuncuparetur, prout *loc. cit.* legimus. Atq; ita Petri nomen mutatum esse ex Sac. Literis non constat; Aliud quidem priori additur; sed *præ* non antiquatur. Nusquam enim CHRISTUS dixisse legitur ad Petrum; *Non erit ultra nomen tuum Simon;* sicut de Abrahamo olim JEHOVA dicebat; *Non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham.* Tu es SIMON; filius JONA; tu vocaberis CEPHAS, inquit CHRISTUS *Joh. c. 1. v. 43.* Beatus es Simon Bar-Jona. Et Ego dico tibi; *Tu es Petrus;* profatur DOMINUS in Textu nostra. Quæ, quæso, hic est nominis mutatio? Nicolaus de Lyra totam Nominis; cuius in Textu nostro mentio fit, rationem evolvens, nihil listiusmodi invenire potuit; *Bar-Jona,* scribit, *filius Johanna* explicatur; *Bar* enim id est, quod

quod *Filius Jona* autem ponitur per diminutionem subtracta mediâ syllabâ pro *JOHANNA*, unde est ibi compositio ex integro & corrupto. Unde *Barjona* hic accipitur, ac si diceretur *filius Johannis*, propter hoc dicitur *Joh. c. 6. Simon Johannis*. Dicitur autem hic beatus, quia *confessio* veræ fidei ducit ad beatitudinem. Et Ego tibi, inquit Dominus; *Tu es Petrus*, id est, *Confessor Petre* veræ, quæ *CHRISTUS* est factus, &c. Hæc ille, *Gloss. in Matth. c. 16*. Hugo de S. CHARO, *Tom. 6. oper. Comm. in Matt. c. 16*. non aliquam Petri nominis antiqui vel immutationem, vel abrogationem, sed *innovationem & confirmationem ejusdem* agnoscit. Et certe, de Abrahamo constat, quod post mutationem sui nominis amplius non appellatus fuerit Abram, sed Abraham. Contra Petrus utrumq; quod accepit, retinuit nomen. Leg. *Joh. c. 1. v. 41. c. 6. v. 8. 58. cap. 13. v. 6. 9. 36 & c. 16. v. 15. Matth. c. 16. v. 16. Luc. c. 5. v. 8*. Et quidem post vocationem aliquando vocatur nudè *Simon*, ut legere est. *Matth. c. 17. v. 5. Luc. c. 22. v. 31. Johan. c. 21. v. 15. 16*. Aliquando vero cum adiectione & cognomento, *SIMON PETRUS*, *Matth. c. 16. v. 16. 2. Petr. c. 1. v. 1*. Falsum itaq; est, quod Bellarminus asseruit, Simonem deinceps fere semper vocatum fuisse *PETRUM*. Et quod maxime notandum, neq; Apostolus, *Johan. c. 21. v. 15*, ubi Petro *Monarchicum Regimen* a *CHRISTO* collatum fingunt, nec *Act. c. 15. v. 13*. Ubi Petrum *Monarchicam* suam potestatem exercuisse asserunt, vocatur Petrus, sed *SIMON*. Crasso itaq; elencho similium laborant Jesuitæ, inducentes exemplum Abrahami, ejusq; mutati & antiquati nominis soliti. Et Becanus sibi non constare videtur, quod affirmet, prærogativam Nominis Petro communem esse cum Abrahamo: Sequitur enim inde, (sitam valida est ejus ratio, ut probet *Monarchiam Ecclesiasticam*) Abrahamum fuisse Papam Romanum. Ergo falsus est Jesuita, falsus est Autor apud Binium, & omnes alii falsi sunt, qui credunt, Petrum fuisse *primum Pontificem Romanum*. Quis enim ignorat, Abrahamum Petro longe fuisse priorem?

§. 62. Dare interim possumus Becano, non caruisse nominis novi impositionem mysterio. Patres nonnulli aliquid viderunt, quamvis non omnes idem: Nullus tamen illud *Oecumenici Pontificatus Sacramentum* vel fando capere potuit. Chrysostomus, *Homil. 28 in Johan.* scribit, *CHRISTUM* hac *ovona Jæta* ostendere voluisse, se eundem esse, qui *Verus Testamentum instituit*, quia scilicet pariter mutavit Abrahami, Sa-

mi, Sara, Jacobi, nomina. Idem more suo repetit Theophylactus, in cap. 1. Johan. ubi addit; Scias autem, quod SIMON interpretatur obedientia, Jonas vero columba: Igitur *in* *obediens*, quæ columbam significat, filia est obedientia: Et qui habet obedientiam, etiam ipse Petrus efficitur per obedientiam proficiens, ut firmetur in bono. Ex Theophylacto in suum fundum transtulit Jansenius in Concord. Evang. cap. 17. Augustinus, Tract. 7. in Johan. doceri, notat, ædificandum nobis esse super Petram, scilicet eam, quæ est CHRISTUS. Talia & id genus alia legimus: Non verò invenimus apud ullum in puriori antiquitate Oecumenicum Pontificatum hinc exstructum. Satis est, propterea à Dño nova hominibus vel imponi, vel accepta eorum nomina immutari, ut divini beneficii perpetuum sint monumentum, Chrysostomo monente, Homil. 18. in c. 1. Johan. Causam fuisse, scribit Anton. Valerius, Tom. 1. oper. Loc. de Function. Ecclesiastic. pag. 471. propter quam CHRISTUS apostolum vocavit Petrum, quia fuerunt duo Simones inter Apostolos, quorum distinctionis gratiâ uni CHRISTUS indidit nomen Canitæ seu Lebbaï, alteri nomen PËTRI seu Cephæ. Quæ quæso heic Monarchiæ nota?

§. 63. Nec quicquam juvat vel Bellarminum vel Becanum loc. c. dixisse; SIMONI fuisse tale nomen datum, quod Syriacè *Petram*, Græcè verò *Caput* significat. Nulla enim est consequentiâ Nominis ad rem, alioquin valeret; Nominatur Petrus: Ergo est Lapidus sive Lapidum Sculptor. Apud Euseb. lib. 1. Histor. Eccl. cap. 12. mentio fit alicujus CËPHAS, quem Clemens Alexandrinus ex septuaginta Discipulis fuisse censet. lib. 5. *ἑποικιστικῶν*. Sic etiam Hect. Pint. in c. 1. Dan. Non solum Petrus, scribit, sed etiam unus ex LXXII. Discipulis fuit *Cephas* appellatus. Cit. Dorothe. & Hippolit. antiq. Autor. It. Oecum. in Act. Georg. Eder. in Oecon. Conf. Sixt. Senens. Bibl. Sac. lib. 2. Ergo ille Discipulus fuit Pontifex Romanus. Fiar Syllogismus! Verissimum

Discordant rebus nomina sæpe suis,

quod experimur: Deinde de nomine Petri Apostoli Lyranus sic scribit, Quia Tu es Petrus, id est, Confessor Petræ veræ, quæ CHRISTUS est factus: Et super hanc Petram, quam confessus es. i. e. super CHRISTUM ædificabo Ecclesiam meam. Glas. in loc. Matth. c. 16. Sic etiam Joh. Ferus, in c. 16. Matth. commentatur; Petrus es, quia supra petram stas. Vides, Petrum sic appellatum esse propter fidei confessionem. Hæc autem mutatio no-

minis etiam nos concernit: Sic enim prædictum de credentibus; Et vocabitur tibi nomen novum, &c. Petrus ergo à petrâ denominatur, non, quia super ipsam tanquam petram Ecclesia ædificanda; sed quia verâ fide super Petram CHRISTUM se ædificaverat, quod cum omnibus credentibus sit cum Petro commune, ideo & ipsi vocantur *Lapides vivi*. 1. Pet. c. 2. v. 5. Tot ergo, si assertioni Bellarmini & Becani inest pondus habebimus *Petros* atq; *Papas*, quod habemus in Ecclesia Christianos atq; confesores. Multos etiam in eo, quod asserunt, Petrum Syriacè *Re-tram*, Græcè vero *CAPUT* significare, habent Bellarminus & Becanus suæ fidei contradicentes, Hugo Cardinalis in *h. loc. Matth. c. 16.* scribit, Græci *Cepham* vocant Petrum. Ergo non Syri: Græci enim & Syri videntur hic contradistingui. Laur. Valla, in *Declamat. de Constant. da-nat.* negat, *Cepham* esse Græcum & significare *Caput*. Ita & Gajetanus, in *cap. 1. Job.* Evangelista, scribit, de industria interpretationem apposuit, *Cephas* ait, quod interpretatur *Petrus*, non *Caput*. Joh. Ferus, in *cap. 1. Joban.* Ridiculum est, ait, quod quidam per *Cephas* *Caput* interpretantur. Non itaque ulteriori refutatione digni, sed ludibriis & risui exponendi erunt magni nominis Socii, Bellarminus & Becanus. Pariter & illi, de quibus Cæsar Baronius *ad annum CHRISTI. 30. No. 27.* sic scribit, Sunt ex notis Scriptoribus complures, & primus omnium Optatus Milevitanus, (*lib. 2. contr. Parmen. non longe ab initio Tom. 4. Biblioth. Patrum*) qui nomen *CEPHAS* non à Syriâ Lingua, sed à Græcâ *κεφαλη* *κεφαλη*, *Caput* interpretantur. Fidem Optati secuti sunt Pontifices Romani, Vigilus & Anacletus, qui scripserunt, nomen Petri Syriacum *Cephas* interpretandum ex Græco *κεφαλη* *Caput*: Ille scilicet in Epist. quæ exstat apud Baronium, *ad annum CHRISTI. 537.* Hic in decreto Gratiani *dist. 22. c. 19. sacrosancta.* Cumulatus imperitiæ ludibrium debere intelligentibus Cardinal. Nicolaum Cusanum, qui *lib. 2. de Concordantiâ Catholicâ*, sua satis de voce *Cepha* exposuit sensa, Cloppenburgiterudica mens est, *Exerc. Theologic. Dup. 7. de Eccl. Cath. Sect. 3. thes. 15.*

§. 64. Atq; adeo nihil obtinuerunt hæctenus iactantia mutati nominis Apostoli, ut iacturam suæ existimationis videantur pati Pontificii. Et si vel maxime concederemus, CHRISTUM Petri nomen mutasse nullatenus tamen inde sequeretur Pontificatus Oecumenicus vel Regimen Monarchicum. Illud enim nec Petro soli absolute, nec soli inter Apostolos obtigit. Non soli absolute; Pluribus enim in V. T. immutata sunt

nomina. Non soli inter Apostolos: Nam primo filii Zebedæi acceperunt à CHRISTO nomen *Bonaerges*. Marc. 13. v. 17. Unde Arias Montanus, in *cap. 3. Marc. DOMINUS, scribit*, Johanni & Jacobo nomina mutabat, quos vocabat *Bonaerges*. Ergo vel Johannes & Jacobus erunt *Monarchæ Ecclesiæ*, aut mutatio nominis non infert Regimen Monarchicum. Si illud, habuit uno tempore Ecclesia tres simul Monarchas, Petrum, Johannem & Jacobum, quod absurdum. Relinquitur, mutationem nominis non ingerere Regimen Monarchicum.

§. 65. Ad rem esse, arbitror, quod Petr. Ravanelus in *Bibliothec. Sacr. part. 2. fol. 146. ad voc. Nominis* adnotat, hunc in modum scribens: Veteres soliti erant nomina mutare, aut nova nomina, vel cognomina, indere servis & ministris suis atq; adeo iis, in quos imperium & potestatem obtinebant, ut per hoc significarent, eos sibi subijci, aut in album domesticorum ac ministrorum suorum esse receptos. Exempl. Pharao Neco Eliakimo 2. Reg. c. 23. v. 34. 2. Chron. c. 36. v. 2. Præfectus Eunuchorum Danieli & Sociis, cum recepti sunt in aulam Regis Babylonæ. Daniel. c. 1. v. 7. &c. Hect. Pint. in c. 1. Dan. fol. 22. Sic CHRISTUS filiis Zebedæi. Marc. 3. v. 17. Simoni. Marc. 1. v. 6. Job. c. 1. v. 43. cum istos recepit in numerum Discipulorum & ministrorum suorum: Subijcitur ergo Simon nominis Petri repetitione *Petree CHRISTO DOMINO*. Ex quo constat, Bellarminum ineptè Dominatum Petri ex mutatione nominis ejus adstruere. Ratio, quod *subjectio* non congruat ad tantum *dominatum*.

§. 66. Excipit Bellarminus ad exemplum filiorum Zebedæi (1.) Nomen illis non mutatum, sed aliud insuper datum esse. Resp. Idem de Petri nomine constat: Ergo de Hoc & Illi idem sit iudicium. (2.) Nomen *Bonaerges* Zebedæi filiis impositum fuisse potius cognomen quàm nomen. Resp. De Petro Idem affirmatur. *Matth. c. 10. v. 2. Luc. c. 6. v. 14. SIMONEM, ὃν καὶ ἰσὸύμαος Πέτρον, quem cognominavit Petrum. Actor. c. 10. v. 5. 18. Accepsi Simonem, qui cognominatur Petrus. confer v. 32. c. 11. v. 13. Idem confirmant ea S. Scripturæ dicta, in quibus hic Apostolus vocatur *Simon Petrus* utroq; nomine conjuncto *Matth. c. 16. 16. Luc. c. 9. v. 20. Joh. c. 18. v. 10. c. 21. v. 2. Idem constat ex Chrylostomo asserente, Petrum COGNOMEN* sortitum esse ob immutabilem & immobilem fidem. *Comm. in cap. 2. Galat. fol. m. 989. Hinc non aliter possunt quantum idem sentire magni nominis Papistæ. Salmero. Comm. in 2. Pet. 1. Non**

contentus fuit dicere *Simon*, quod est nomen proprium, sed addidit *Petrus*, nomen a CHRISTO impositum. Hoc congruit verbis CHRISTI; Tu es *Simon*, filius *Jona*, tu vocaberis *Petrus*. Joh. Ferus, in cap. 16. *Matth.* Initio, inquit, vocatur *Simon*, additur deinde a CHRISTO Cognomen *Petrus*. Accedunt Patres in majorem fidem atq; rei confirmationem, quid data exempla ut paria conferunt. Chrysostomus, *Homil. 18. in cap. 6. Johan.* Hunc, inquit, Petrum appellavit, Johannem vero filium tonitru. Theophylactus; Quamobrem autem agnominat hanc quidem Petrum, illos autem filios, inquam, Zebedæi, filios tonitru. Et quid? Marcus unâ phrasi exprimit, quod *Simoni & filii Zebedæi* factum; *επιπροσθετα τω Σιμωνι υιοι Ζηβεδαιου Πετρον*. Et; *επιπροσθετα αυτουσ (Jacobo & Johanni) ονοματεταρον*, *εε. cap. 3. v. 16. 17.* Si itaq; illud nomen *Petrus* Simoni fuit signum Regiminis Monarchici in Ecclesia, quid quæso fuerit nomen Boanerges filii Zebedæi? Ubi deliberent Papistæ; Num Petrus careriq; discipuli prærogativam tantæ dignitatis prænunciam jam tum intellexerint, an postea demum cognoverint? Si jam tum intellexissent, quis credat, contentionem fuisse inter eos postmodum orituram, quis eorum foret major? *Lis enim fuisse decisa.* At contenderunt postea, nec in ultimâ cenâ acquiescebant. *Luc. 6. 22. v. 24.* Si postea demum cognoverunt, quis, ubi, & quibus verbis exposuit? *Matth. 6. 16.* quidem CHRISTI de nomine agit: At non declarat, signum esse futuri Regiminis Monarchici. Si enim declarasset, utiq; postea Discipuli de Primatu non disceptassent: At disceptarunt de eodem. Ergo non declaravit.

§. 67. Deniq; in S A L L O traditur exemplum mutati nominis omni exceptione majus. Etenim notissimum est inter Christianos, post CHRISTI ascensionem *Sauli* conversi nomen antiquatum, cumq; *Paulum* nuncupatum. *Actor. cap. 13. v. 9.* Quo quoq; nomine impofterum fuit appellatus, ut ex *Actis & Epistolis* constat. Et creditum est antiquitus, *Paulo* mutatum esse nomen in hanc formam è nomine *Sauli*, non ut Primatus ostenderetur, sed ut cohiberetur & constitueretur paritas. Præ multis aliis unicum Chrysostomum in hujus rei testimonium adducimus, qui, *Homil. 1. in c. 11. Roman.* ita scribit; *Qua, quæso, ratione illius nomen mutavit, & Saulus qui esset, Paulum nominavit?* Ut ne hac quidem parte reliquis *Apostoli* inferior esset, sed quod *Apostolorum* *Corinthæus* quasi

præci-

principium habet. Hic (Paulus) quoque postideret, imo majorum dignitate
 rionis causam acciperet, majorisq; necessitudinis argumentum sumeres.
 Quorum sententiam sic exprimit Theodulus Cœlosyriæ Presbyter; Ab
 SAILLO propterea in Paulum sanè permutatum est nomen, ut ne inferior
 esset Apostolorum Coriphæo Petro, in *Epist. ad Rom. c. i.*

S. 68. Neq; tamen desunt alii, qui pariter sentiunt, Paulum Apo-
 stolum non fuisse inferiorem, moti tam re, quam nominis impositione,
 ut illos pares prædicaverint, quin imo præ cæteris Apostolis omnibus
 extulerint. Leo I. *Serm. 1. in Natal. Apostol. Pet. & Paul.* nuncupat Pe-
 trum & Paulum Apostolorum præcipuos. Et *ibi* ita scribit; In horum
 (Apostolorum) excellentia merito est exultantius gloriandum, quos
 gratia DEI in tantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra prævexit,
 ut eos in corpore, cui Caput est Christus, quasi geminam constitueret
 lumen oculorum, de quorum meritis atq; virtutibus, quæ omnem lo-
 quendi superant facultatem, nihil diversum, nihil debemus lentire dis-
 cretum, quia illos & electio pares, & labor similes & finis fecit æquales.
 Marsilius Patavinus, in *defens. pac. part. 2.* breviter, sed congruè rem ita
 exponit; Paulus fuit *par officio, & dignitate Petro non inferior*, licet Pe-
 trus fuerit *atate Senior & tempore prior Pastor.* Bartholomæus à Chaslae
 nro, in *Catal. glor. mund. part. 3. confid. 31. §. 2. c. 1. Paulus caus. 2. quæst. 7.*
 colligit, quod Paulus fuerit *æqualis Petro.* Ludovicus Vivaldus, in *oper.*
Regal. in Tract. de pugna part. sensitiv. notabil. 4. vers. Paul. Apost. scribit,
 quod paulus in multis Petro *sublimior* fuerit: Hinc esse, quod in *Bullæ,*
 sive *Sigillo plumbeo* ponatur *PAULUS à dextris, Petrus vero à sinistris.* Quæ
 quidem ita conciliare studet Bellarminus, *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 27.*
 Fortasse, *inquit*, consulto id Veteres observarunt, ut *ex duobus summis*
Apostolis modo unum, modo alterum (in diplomatibus & numismatibus)
 anteponerent. Nimirum ut eo modo significarent, hos Apostolos vel
 pares esse inter se, vel certe *ignorari*, uter alteri præstet. Dignum me-
 hercle observatu Oraculum vel Delphicò majus! Utrumq; ipsius mem-
 brum, quodcumq; demum verum sit, facit pro nobis. Si *illud*, petrus
 non est Monarcha Ecclesiæ, habet enim *parem*, nempe paulum, quod est
 contra naturam Monarchiæ, quæ ab uno nomen habet, atque adeò, ut
 Dionysius Petavius Aurelianensis Jesuita, contra Richerium, de pro-
 prietate Monarchiæ acriter disputet, illam non multis vel pluribus, sed

imitantium propriam esse posse, plurimum enim potestas opponi potestati-
unius. sicut unum vel unitas multitudini. *Theologicor. dogmat. Tom. 2.*
lib. 1. de Hierarchiâ Ecclesiasticâ lib. 3. Cap. 15. num. 9. Quin imo, habet
 Petrus *Superiorem*, diplomate repræsentante, *Paulum à dextris*. Ergo
 non est pontifex summus. Si hoc, (quod ignoretur, uter alteri præset)
 nondum constat, an Petrus, an vero Paulus fuerit Monarcha Ecclesiæ,
 Falsus ita papa, qui jactat, se esse Petri Successorem & jure imitari mu-
 tationem nominis: Et hoc, quod soleant Monachi in claustrorum in-
 gressu, & Pontifices Romani elatiores in aditu fastigii Ecclesiastici, post
 acceptam mitram Pontificalem, nomina mutare, tralatitium est, quo de
 nonnulla delibare hac occasione lubet.

§. 69. Monachi, crescentibus in Ecclesia superstitionibus, religio-
 sum putarunt, inire claustra inpositis nominibus novis, unde variaz no-
 minum mutationes institutz sunt. Inter Capucios, hic Seraphim, al-
 ter Cherubim, tertius Spiritus, alius aliter vocatur, ut refert Serarius in
Jes. pag. 13. Bencius Jesuita & Orator Romanus prius Plautus nominaba-
 tur, ordinem ingressus Francisci sibi nomen sumsit. Sic Antonius de
 Padua Fernandus dictus erat prius. Ratio est tantæ mutationis; quia
 Monachismum Baptismo æquant, quo de negotio late disputat Hiero-
 nymus Clarus de Bono Statu Religiosi. *lib. 1. cap. 13.* Ubi adducit Tho-
 mam asserentem, per susceptionem vitæ religioz peccata non ita re-
 mitti, ut gratis relaxentur, sed ita, ut verissima & maxima pro iis satis-
 factio reddatur. Nam cum voluntas, quæ, ut ille ait, carior est, quam res
 omnes mundi, Deo donatur, & in ejus servitute redigitur, jam plene
 pro omnibus delictis præteritis satisfactum est, quoniam id datum est,
 quo nihil majus ab homine dari poterat: Adducit etiam Th. Walden-
 sem, qui meminit sanctissimi cujusdam viri, qui visione quadam se hoc
 edoctum ostendebat, eandem gratiam demitti super vestimentum
 Monachi, cum sanctum habitum indueret, quæ viderat super baptisma.

§. 70. Imitatrices istius religiositatis fuerunt mulieres quædam,
 quæ, ut inter Monachos tuto laterent, feminina removerunt nomina,
 commemoratur hoc de Susannâ quadam sub nomine *Johannis* latitante
 à Raderò in Menzo & Martyrolog. *pag. 113.* Item, de Eugeniâ, quæ *Doro-
 thei* nomen assumpsit, ab eodem p. 3. de Eugeniâ alterâ, quæ sub *Eugenii*
 nomen sese abdidit, de Evphrosyna, quæ *Smaragdi*, de Hildegunde, quæ
 Josephi

Josephi nomen adscivit. *ibid.* 10. Sed has linquimus suis Sociis levitibus, & progredimur ad pontifices.

§. 71. Jod. Lorichius in *Thesauro Cathol. v. Papa* 113. scribit: Electus ex hominibus in Papam propter eminentissimam dignitatem quasi novus homo confectus factus, ideoque prioris vitæ statum penitus mutat, nihil ejus retinens in exteriori habitu. Quamobrem si Monachus eligatur in papam, exiit se habitu Monachatus, quod neq; Episcopis, neq; Cardinalibus ex Monachis electis licet. Indignum quippe esset, vel indecorum saltem videretur, illum regulis unius alicujus conventus aut Monasterii obstringi, qui regularum omnium & singularum, quin imò totius Ecclesiasticæ disciplinae solus est & unicus moderator. Ob hanc quoq; rationem nomen suum mutat, quanquam non ab omnibus id factum sit. Conf. Montacut. in *Origines* p. 119. It. Heck. Pint. *Adnot. in c. 1. Dan. solaz. ib.*

§. 72. Institutum vero hoc non est originis apostolicæ, ut Serarius sese refert ad exemplum Simonis, quem Christus appellavit petrum, quando ita scribit: In Pontificibus Maximis solemnis nominis mutatio ab Eius exemplo est ducta, qui Simonem Cepham sive Petram nominavit, ut quemadmodum nominis, sic & hominis mutatio fit. Sed discrete contradicit Jesuita Lorinus in *Comm. ad 2. Petr. p. 326.* Non hinc inquit, manavit ritus nomen mutandi, cum crearetur pontifex, &c. Hinc & dubitanter Polydorus Virg. *lib. 4. 119. Rev. 1. 10.* Ajunt ex imitatione CHRISTI esse factum, qui nomen petri Simoni Barjona indidisset. At factum CHRISTI ad imitationem neq; invitat, neq; obligat: Est namque unum ex illis, ubi plenitudinem potestatis patefecit Dominus, præclare Joh. Chryostomus, *Hamil. XIIII. in Joh.* Hinc inquit, petrum appellavit, per Johannem autem & Jacobum filios conitrui. Quam ob rem? Ut ostendat, se Eundem esse, qui Verus dedit Testamentum, ipse est, qui Abraham, Abraham, Saras Saram, Jacob Israel vocavit. Multis à natiuitate nominibus imposuit, ut Isaac, Samson, ut iis, quorum meminit Esaias & Osee. Quibusdam, quam à parentibus acceperunt, appellationem mutat. Sec. Joseph hannî cœlitus nomen imposuit. Qui n. debebant ab incunte ætate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina: qui autem in ætatis progressu profecturi erant, postmodum. Quæ autem CHRISTUS ex plenitudine potestatis facit, imitari fas non est. Neq; enim ad obedientiæ imaginem, sed ad Majestatis perfectionem referenda sunt. papæ itaq; Romano nihil ex.

nil exinde recedit juris, mutationem instituendi nominum, factum n. CHRISTI est singulare, quod nullo modo ad imitationem tractandum. Accedit error facti: Non enim Petrus sibi nomen mutavit sed CHRISTUS illum appellavit *Petrum*. papa vero non expectant sua nomina à CHRISTO, sed sibi ipsis frivole nova nomina imponunt & mutant arbitrato suo priora. præterea de Petro non constat, quod à CHRISTO accepit potestatem nomina variandi, in Successores ergo suos tale quid derivare haud potuerit. Et si vel maxime Petro aliquod jus mutandi nominis traditum divinitus esset, quomodo ostendent Pontifices Romani, illud ad ipsos pervenisse, quod Petro fuit singulare?

§. 74. Si penitus rem inspiciamus, institutum mutati nominis Pontificiorum percipimus non esse *originis antiquæ*: Nullum enim fuisse Pontificem Romanum ante annum CHRISTI 844. qui sibi aliud nomen, quam quo DEO in fonte regenerationis consecratus est & commendatus, arrogaverit, Genebrardus, Platina, Onufrius Panvinius, Baronius, Bisciola, Spondanus, Gordonus, Vechietus, & alii Historici Pontificii, quos nobis suppeditavit Bibliotheca Magn. DN. D. Joh. G. Dorschei, DN. Hospitis nostri faventissimi, exstructissima, uno ore confitentur. Ad illud usq; tempus autem fuerunt ultra centum, quos referunt Pontifices Romanos: Et inter illos plurimi sanctitate clari, plurimi doctrinâ insignes & toto orbe celebres. His tot tantisq; viris, per integra octo secula placuit illud nomen in Pontificatu, quod in Baptismo acceperunt. LINUS semper *Linus* fuit, Cletus semper *Cletus*, Anacletus semper *Anacletus*, Telesphorus semper *Telesphorus*, sic & Gregorius, & Bonifacius, & Leo, & Gelasius, & alii. Quid igitur? Illine per octo priora & puriora secula Ecclesiæ Pontifices ignorarunt, quid ad dignitatem, quid ad excitationem, quid ad commonefactionem pertineat suam? Nonne intellexerunt; Se esse *novos homines* ad illud fastigium exaltatos, in quo vetera omnia exuere necesse habeant? Nonne vero judicarunt, nomen in S. Baptismi foedere sumtum arctius obligare, quam ut propter ullius dignitatis indumentum debeat exui? Nonne illud velut monumentum perenne observantiæ Deo debita retinuerunt? Cur post octingentos demum annos Novaturientes introduxerunt, quod tot illustres, summiq; viri nesciverunt? Ex hoc ergo ipso, quod post tot secula demum instituerunt illam nominum mutationem, eos

se esse

de este indicant quos futuros Apostolos pronunciauit, *i. Tim. cap. 4. v. 1.*
de quibus & Hieronymus applicatē contra Luciferianos in fine.

S. 75. Neque ista Nominum mutatio Pontificia *Origini est commendata.* Platina enim in *vit. Pontif. p. 111.* scribit; Sunt, qui *Sergium II.* primo quidem *Os porci* appellatum fuisse dicant, & ob turpitudinem cognomen *Sergii* nomen sumfisse, eamq; consuetudinem ad nostros manasse, ut qui Pontifices crearentur, suo omisso, Majorum nomina sibi inderent, licet ab omnibus non sit observatum. Consentit *Naucleus Generat. 29. fol. 131.* Prolixē idem tradit *M. Anton. Sabellicus Enead. 9. lib. 1.* *Sergius* hujus nominis secundus in demortui *Gregorii* locum successit, huic, quia *Os Suillum* diceretur, ad obscenam appellationis vocem tollendam, datum est, ut aliud sibi nomen aptaret, mansit dein mos ad posteros, ut qui Pontifices crearentur, omisso priore nomine, optarent sibi unum aliquod ex Pontificum, qui antea fuissent, nominibus. *Gilb. Genebrard. Chronol. p. 530.* de eodem *Sergio II.* affirmat, quod *primus* Pontificum nomen suum mutaverit. Idem habet *Pol. Virgilius l. c.* *Onuphrius Panyinius* autem in *not. ad Platin. h. l.* ea de re dubius, *Johannem XII.* scribit, se invenisse *primum*, qui nomen *Papa* creatus mutaverit, cum ante Pontificatum *Octavianus* diceretur. *Cesar Baronius Tom. 10. Annal. ad an. Christ. 844. n. 1.* nominis mutationem aliquam a *Sergio* susceptam fuisse largitur, non autem secundum, sed *Tertium* eum fuisse arbitratur; Veruntamen, quia nihil certi hac de re habuit, tandem in *Onuphrii* sententiam transit & originem mutationis nominum Pontificie ad *JOHANNEM XII.* refert, quem sequitur *Spondanus Epit. ad ann. Christ. 955 n. 1. & 4.* Quicquid demum sit, res peior ruit. *Johannes* enim ille, referente *Platina* in *ipsis vit.* *Octavianus* ante dictus, homo ab adolescentia omnibus probris ac turpitudine contaminatus fuit, omnium, qui ante illum in Pontificatu fuere, perniciosissimus & sceleratissimus. *Baronius l. adducto* de eo ita scribit; *Octavianum* abortivum tunc parturit Roma tyrannis vi pollens, omnia armis miscens, omnia audens atq; subvertens, ut nullo pacto dicendus tunc fuerit legitimus ille Pontifex, in cujus electione lex nulla sit suffragata; Sed omnia vis & metus impleverint: cum quinque aetate *Diaco-*
onus este potuit, ostensus sit tanquam in scena mimus Pontificem agens. *Et p. post.* Hic autem revera primus inventus, qui mutavit sibi no-

F

men,

men, ut qui ex Octaviano voluerit nominari Johannes, pro mutata non
 exuta tyrannide. Conf. quæ memorat Idem ex Luitprando Ticinensi
 li. Tom. 10. ad ann. Christi. 955. n. 2. 3. 4. Et ann. 963. n. 13. 17. 28. Et anno 964. n. 1. 2. 3. & reprehendes ingentia ipsius scelera. Ab hoc homine scelerato
 sto originem trahit, juxta Onuphrium, Baronium & Spondanum, con-
 suetudo mutandi nomina in iis, qui Papatui admoventur. Infamia or-
 minia. Addendæ essent intentiones Pontificum hypocritice, ominati-
 ones superstitiose, quæ fieri solent in electione nominum Pontificum
 Romanorum, de quibus leg. Laur. Bayer inck in theatro. p. 53. Nolumus
 vero longius abire, quam permittit instituti ratio. Res interim mani-
 festa est, latitas se horrenda & abominabilia monstra Papatum sub fan-
 ctissimorum nominum, schemate, in illis, qui primi fuerunt istius nomi-
 minum mutationis Autores pontificie, nec minus in eorum Successo-
 ribus Papis Romanis, per multos annos, ut prodit Gilb. Genebrardus
 lib. 4. Chronol. ad annum Christi. 902. p. 5. 46. seq. His mittimus, evoveat
 Pontificiorum, quorum ludiora sunt ludere nominibus,

§. 76. Cæterum, ex Textu illo, qui commendat Petri Confessionem,
 nem, sibi sumit Bellarminus occasionem aliam Petri prærogativam tran-
 dendi, quæ ab illo vocatur Revelatio Confessionis, eo errore imbutus, ac
 si soli Petro, peculiari quædam revelatio super illa confessione facta fu-
 isset, & Petrus solus intellexisset, Christus tamen esse Filium Dei verum ac na-
 turalem. Lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 39. De eodem scribit Barradius, Pe-
 trum sc. ex revelatione quadam didicisse, quod respondebat, non ex con-
 sultatione humanâ, nec scivisse, quid reliqui essent responsuris. Si enim
 scivisset aliorum mentem, aliquo modo indicasset, ut Joh. a. 6. Ad
 quem abimus, nos credimus. &c. magister Petri magister Petri
 coloti §. 77. Resp. Petrus omnium Apostolorum nomine hanc conf-
 sessionem edidisse asferitur; Sic Augustinus, Serm. 13. de verbis Dominis
 Petrus, inquit, unus pro multis dedit responsum. Ambros. lib. 4. de in-
 carn. cap. 12. Petrus respondit præ cæteris Apostolis, imo pro cæteris
 Hieronym. Matth. 16. Petrus ex personâ omnium Apostolorum pro-
 fectur; Tu es CHRISTUS. Anselmus; Quamvis, ait, eadem voluntas
 est omnium Apostolorum, tamen non omnes respondent, quod erat
 modestia, Petrus autem pro omnibus respondit. Thomas in Matth.
 Respondet Petrus pro se & pro aliis, Glosa Interlini Sciunt apostoli, sed
 Petrus.

Petrus respondet pro omnibus. Sciunt; omnes enim ex concionibus variis & miraculis vere divinis cognoverant; CHRISTUM esse verum ac naturalem DEUM filium. *Matth. c. 7. & cap. 14. v. 33. Joh. c. 1. v. 14. c. 2. v. 11.* Propterea non opus erat peculiari quadam revelatione, neq; quicquam de ea vere Ecclesiæ quadam Petri in Sac. Literis proditum est. Rite in hac causâ pronuntiant Nicolaus de Lyra & Jansenius. Ille enim, *Postill. part. 4. in Matth. c. 16.* ita scribit; Petrus inter alios tanquam principalis pro se & pro aliis dedit responsum; Tu es CHRISTUS, quod interpretatur *unus*, & sic confitetur Ejus humanitatem, in qua unctus est oleo gratiæ præ aliis. *FILIIUS DEI naturalis*, non adoptivus, sicut alii, & per consequens *Ejusdem nature cum DEO Patre*. Et sic confitetur veritatem *divine nature & humane* in eodẽ Supposito. His, in *Concord. Evangel. c. 66.* remissa declarat; PETRUS tanquã Os Apostolorum pro omnibus respondet, dicens; Tu es CHRISTUS, &c. Et postea; Petrus hoc dicit; Alii & alium TE esse opinantur, Nos TE CHRISTUM esse confitemur. Tu TE Filium Hominis vocas; Nos vero etiam FILIUM veri DEI. Et sic jam ante Omnes Apostoli CHRISTUM ex miraculis agnoverant esse vere filium DEI. *Matth. c. 14. v. 33.* Ubi Maldonatus interpretatur *FILIUM*, non adoptione, sed *naturâ*; Non ut mirantur justum, sed ut verum DEUM. *Byranus ibid.* Dicitur vere DEUS, non metaphoricè, nec per adoptionem sicut Sancti, sed *propria & ejusdem nature*. Nihil itaq; Petro heic accedit eminentiæ præ aliis Apostolis, *cap. 16. v. 18.* *Sb. 78.* Neq; est, quod regerant Adversarii; Petrum respondisse ut *Caput & Principem* Apostolorum reliquorum, nisi enim Pontificii dicunt, in mercedem hujus egregiæ Confessionis. Petro demum primatum & Monarchicum Dominatum a CHRISTO esse datum. Unde patet, Petrum ante Confessionem Principem & Monarchicam dignitatem non habuisse. Sequitur, quod Petrus, cum nomine ceterorum Apostolorum responderet, nondum fuerit CAPUT & PRINCEPS illorum. Falsum itaq; est, Petrum tunc temporis respondisse ut CAPUT & PRINCEPES reliquorum Apostolorum. Ad argumentum de magnificâ CHRISTI approbatione illius Confessionis, dicitur; Eandem pertinere ad eos, quorum erat confiteri. Hoc competebat omnibus. Ergo & illa pertinet ad omnes, ut heic valeat; Unius denominatio & inclusio, non est aliorum exclusio. Cum ergo quaeritur; Cur solus Petrus prædicetur *beatus* ab hæc

ad hac fide. Respondemus, inquit *Salmero Tom. 4. part. 3. tract. 1.* Nonne etiam dictum est de Abraham, quod credidit, & reputatum est illi ad justitiam? Et tamen ante ipsum & postea multi crediderunt & justificati sunt. Potest dici, scribit *Abalensis quest. 60.* quod ceteri Apostoli meruerunt, meruerunt credendo, & primum eis redditur, quia tamen solus hic Petrus locutus est, responderi soli CHRISTUS, dirigenda verba ad eum. Et tamen verba, quae Petro dantur pro hac fide, dantur etiam aliis, cum eadem fides sit omnium. Sufficit dixisse!

§. 79. Locum quod attinet, quem citat *Barradius, ex cap. 6. Johan.* Ostendit *Gerhard Mercator, in Harmon.* Id quod narratur in illo loco, prius gestum esse, quam quod *Matth. c. 16.* Ut ergo ibi non verat Petrus aliorum Apostolorum mentem, ita quoque hoc loco eam non ignorabat, & cujus rei ipsa confessio Petri omnium nomine ex mente ipsorum facta, locuples est testis. Laborat ergo *Sebast. Barradius Jesuita ignorantia* facti.

§. 80. Brevibus postremo est expediendum, quod *Bellarminus loc. cit.* scribit, PETRO speciali privilegio promissum, SEDEM Ejus nunquam ruituram, quod evincere putat CHRISTI verba, *Et portae inferi non prevalebunt eam.* Idem pompose factat *Petrus Cottonus Jesuita*, magnam esse, arbitrans, prerogativam Apostoli illam ingentem & magnificentissimam pollicitationem, quam ex ore nostri Redemptoris excepit, *Portus nimirum inferorum & vim omnem perfidiosa cohortis nil valituram adversus Ecclesiam*, quam supra hunc petrum exa edificabat. Atque, *Addit, haec promissio illi uni (Petro) facta est, prererea nemini.* Neque enim usquam hodie est *D. Jacobi Hierosolymis Ecclesia, non S. Johannis Ephesi, non D. Matthaei in Aethiopia, S. Andreae in Scythia, S. Bartholomaei in Armenia, S. Simonis in Mesopotamia, S. Judae in Aegypto, S. Thomae apud Indos.* Unius Petri Ecclesia (Romana) tabernaculum veritatis (mendacis repletum) inter fluctus & commutationes rerum humanarum, firma, stabilisq; permansit, *Apocalypica Bestia. Institut. Catholic. lib. 2. Ecclesie militanti, cap. 8. de primatu D. Petri, pag. 214.*

§. 81. Resp. Manifestum est ex Textu; CHRISTUM loqui, non de Sede Papali Romae, sed de Ecclesia, ejusque duratione, quam ita conservare & defendere promissit contra iratum Draconem, qui praelium facit cum his, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Jesu CHRISTI.

Apoac.

Apocal. cap. 12. vers. 17. ut non possit deleri, vel oppugnari, sed maneat
 in terris, demum ditatura in coelis per omnem aeternitatem. Agnoscit
 hoc Jesuita Sebast. Barradius, propterea verba CHRISTI de admirandâ
 Ecclesie conservatione ita interpretatur; Non dixit DOMINUS; *Non op-
 pugnantur*; sed; *Non praevalentur*. Etenim oppugnant Ecclesiam hostes,
 sed non praevalent, juxta illud; Irruerunt, sed non praevaluerunt. Oстен-
 dit CHRISTUS, quod Ecclesia nullis adversitatibus frangenda sit, nullis
 persecutionibus superanda; Fundata enim est supra firmam petram.
 Quomodo rupes in medio locata pelago, circumtumentibus,
 irruentibusq; fluctibus, stat infracta; sic Ecclesia. Admirandam illam
 Noë arcam ad salutem hominum fabricatam, & infra immanes undas,
 & supra horridi quatiebant imbres. Quatiebant, sed non obruebant.
 Ea tibi Ecclesie imaginem, extra quam nemo salutem consequitur, per-
 secutionibus concutitur, sed non obruitur. Hæc ille satis apprimè,
Comm. in Concord. & Histor. Evangelist. Tom. 2. lib. 10. cap. 24. fol. 606. b.
 Notabilis est quoque Lyran Glossa *in h. loc.* Porta inferorum, id est,
 persecutiones Tyrannorum, & insultus, & tentationes spirituum mali-
 gnorum non praevalent adversus Ecclesiam, eam à verâ fide subver-
 tendo. Ex quo patet, quod Ecclesia non consistit in hominibus ratione
 potestatis & dignitatis Ecclesiasticæ, vel secularis, quia multi Principes &
 Summi Pontifices, & alii inferiores, inventi sunt apostatasse à fide. Ecclesia
 autem consistit in illis Personis, in quibus est *notitia vera & confessio fidei
 & veritatis*. Et promissa est omnibus omnino fidelibus *stabilitas & firmi-
 tas*, ut portæ inferorum non praevaleant adversus ipsos; Non tamen *ab-
 solutè & simpliciter*, sed quatenus *fide super Petram salutis*, quæ est CHRIS-
 TUS, ædificari, constantè eidem adherent. *Matth. c. 7. v. 25.* Ut ut jam
 non sit Ecclesia vel Hierosolymitana, vel Ephesina, vel Æthiopica, vel
 Scythica; Est tamen & manebit *Christiana*. Hæc, quia Textum no-
 strum concernunt, non debebamus omnino præterire sicco pede.
 Concludimus hæc verbis Lutheri; Romani pontifices planè nihil ad
 Petrum pertinent, neque Petrus ad ipsos. Nihil enim habent *Petrinum*,
 nec Petrus quicquam *Papale*. Petrus *facitur & docet* CHRISTUM, Filium
 DEI vivi; Papa, obedientiam in suas Satanicas avaritiæ leges & consue-
 tudines, ille futuram vitam; papa temporalem Tyrannidem &c. Eccle-
 sia mea est, inquit CHRISTUS, quæ hanc revelationem habet, quam tu

Petra hic confiteris. Da solus auffstehen / wer da wil selig werden / da
 solle auch wol bleiben / et si omnes portæ inferorum contra se viant. Hæc
 portæ sunt potestates Satana, Regnum peccati & mortis. Hos habet
 Ecclesia hostes, cum his pugnat, contra hos triumphat. Non pugnat
 pro Urbe Romanâ, Sicilia, Neapoli, Bononia, quæ sunt lapides & ligna,
 terra, aqua, aurum, argentum, desiderabilia hominum infidelium & per-
 ditorum, qualia Deus præstare solet suis hostibus & ipsi Diabolo. Ob-
 servandum igitur hic, quod CHRISTUS a pertis verbis Ecclesiam suam
 definit, esse aciem castrorum ordinatam & Viraginem bellatricem con-
 trâ ipsas portas inferorum, id est, contra tentationes peccati, mortis,
 inferni. Ecclesia ergo pugnat, vincit, triumphat, regnat, contra pecca-
 tum, mortem, & utriusq; autorem & dominum, Diabolum. Ex his pa-
 tet, quod CHRISTUS hic longâ de aliâ re loquatur, quàm Papa cum suis
 somniat. Ipse de æternâ vitâ, de victoriâ portarum inferi, de Diaboli
 furiis, & Ecclesiæ salute & credentium beatitudine loquitur. Contra
 Papa intelligit de suâ potestate & tyrannide, sive de obedientiâ suarum
 stultissimarum & impiissimarum legum, quæ non de fide in CHRISTUM
 infernarum portarum victrice, sed de temporalibus rebus, dignitatibus
 opibus, & ut optime de ceremoniis cum hac vitâ perituris, nos docent.
 Et nonnullus interjectus. Sceleratissimum & impiissimum est igitur dice-
 re, quod Ecclesia DEI ædificetur super Papam, pessimum hominem &
 Diabolum, hoc est, super traditiones humanas, ab ipso confectas, quæ
 non solum non prævalent contra portas inferorum, sed a portis infero-
 rum excogitatae sunt contra Petram & Regnum cælorum: Nam tradi-
 tiones hominum maxime omnium pugnant contra hanc petram, dum
 docent operibus nostris adeo fidendum esse, ut & nobis superflua pos-
 simus aliis vendere ad salutem. Hæc est Petra Papali, hanc docent, hanc
 defendunt, id quod restantur eorum facta, verba, decreta, opera, libri
 & exempla. Quia jam Papa aliena, imo contraria Domino suo, docet
 & facit, ideo non VICARIUS CHRISTI, sed Vicarius Diaboli, *antichristus*
 & Antichristus recte dicitur. Quare hoc TIBI, de quo gloriatur, nihil
 omnino ad eum pertinet, sed ad PETRUM Confessorem CHRISTI FILII
 DEI. Non ad Petrum, Piscatorem ex Bethsaida, qui paulò infrâ ab ipso
 DOMINO Satan vocatur. Hujus Succesor certe non vult Papa haberi,
 nec expediret sanc ejus Majestati, piscatorem fieri talem. Multominus
 pertinet

perinet ad Judam Ischariote, qui etiam tunc interfuit, & volebat fieri
 PAPA, quia fortiter forabatur & rapiebat, exemplum prabens suis Suc-
 cessoribus in Romani curia, nihil sollicitus de confessione Filii Dei, quam
 Regis confitebatur. &c. Haecenus Lutherus, Leg. Tom. 5. witeberg. La-
 tin. fol. 62. Confer Tom. 1. Jenens. Germ. fol. 27. fol. 392. & fol. 422.
 Item Tom. 3. Jen. Germ. fol. 88. Albericus de Rosate ultimam e jus men-

tem probe exprimit, quando satis scite sic ludit:
 Si CAPUT à capio, vel dixeris à capiendo
 Tunc est Roma CAPUT; Omnia namq; capio.

Expeditis illis, progredimur ad cætera, quæ sunt similis argumenti
 Sequitur

POSITIO II.

SIMON PETRUS non est PETRA illa, super
 quam se edificaturum Ecclesiam suam CHRIS-

TUS dixit.

TEXTUS

Matth. Cap. XVI. v. 18.

Et ad Æ. Πέτρον, & Πέτρον τὴν πέτρα. &c.

VERSIO

IMMANUEL TREMELLII & FRANC. JUNII

Ex vetustiss. Translatione Syræ.

Respondit JESCHUA; Etiam Ego dico tibi, quod
 Tu es Cypa, & super hanc Cypa edificabo Ecclesiam
 meam, & porta inferi non prævalerunt aduersus eam.

Vetus Versio Latin.

Et Ego dico tibi, quia tu es Petrus: Et super hanc
 petram edificabo Ecclesiam meam. &c.

VERSIO

VERSIO Vulgar.

SIXTI PONTIFIC. Max. *iussa recognit.*

Edit. Antwerp. An. 1624.

Et Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & supra haec pe-
tram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non
praevalent adversus eam.

VERSIO
DIETENBERGERI.

Und ich sag auch dir / du bist Petrus, / und auff diesen
Fels wil ich bauen meine Kirchen / und die Pforten der Höl-
len sollen sie nicht überwältigen.

EVOEUTIO.

Curatores Romanae Sedis ad unum omnes in his CHRISTI verbis
causa Monarchici Regiminis Petri magnum solationem quaerunt,
propterea illa de nullo alio, quam Petro Apostolo intellecta volunt.
Audiamus hac in re unicum Cardinalem, Robb. Bellarminum, qui no-
bis instar omnium esse potest; Nemo enim omnium; *Judico Guillelmo
Barclay, cap. 3. de Potestate Pape in Princip. Christian. pag. 49.* Pontificia
partis rationes aut diligentius collegit, aut argutius proposuit, aut bre-
vius & subtilius conclusit, quam insignis Bellarminus. Ita autem scri-
bit *lib. 2. cap. 10. de Roman. Pontific. fol. m. 207. D.* Catholicorum *communis*
est sententia; Petram illam esse Petrum, id est, illam Personam, qui dice-
batur Petrus. Non en. ut Persona erit particularis, sed ut Pastor & CA-
PUT Ecclesiae. Catholici enim docent; *Metaphora haec*, quae a Petra de-
sumpta est, significari Petro esse *commissum* Regimen totius Ecclesiae.
Argumentum sit tale:
Quemcumq; CHRISTIS Petram i. e. Ecclesiae suae *fundamentum* di-
xit, ille Universalis Ecclesiae Monarcha ab illo est constitutus.

Atqui

Acqui CHRISTUS Petrum Apostolum Petram seu fundamentum suæ
Ecclesiæ dixit: Ergo
Petrus Apostolus Universalis Ecclesiæ Monarcha ab Ipso est consti-
tutus.

*Consequentiã Majoris, loc. cit. cap. XI. pag. 209. ita probat; Petra enim
fundamentali hoc est proprium, totum ædificium regere.*

*Minorẽ stabilire conatur pronomine HANC, quod demonstrare de-
bet aliquam Petram, de qua paulõ ante DOMINUS sic locutus: Proximẽ
autem DOMINUS, inquit, Petrum vocaverat Petram; Syriacẽ enim loque-
batur, & Syriacã Linguã Petrus dicitur Cephas. Ex quo sequitur illud
HANC non posse referri nisi ad Petrum, qui eo loco vocatus est Petra.
Accedat ad rei probationem consensus totius Ecclesiæ & Græcorum
& Latinorum Patrum, quem Bellarminus jactat: Et fiat conclusio.*

*S. 183. Infirma omnia! In genere primõ dicimus, cum verba cita-
ea sint figurata & metaphorica, ipsis consentientibus Adversariis, iniquẽ
secum agi conq̃ueri non poterunt Pontificii, si non attentis his plana &
perspicua in tam arduo negotio flagitemus, in quibus CHRISTUS expresse
dixit; Ego constitui Petrum MONARCHAM Ecclesiæ & Rectorem omni-
um vestrum; Ille erit meus Vicarius in terra, quicquid ille tradiderit, aut
quicquid præceperit, ad illud credendum & præstandum obstringo vos,
singulos omnes. Si enim hic est præcipui momenti Articulus, & ne-
gare, erimatum illum est perniciosã hæresis, utiq; Deus primarium hunc
articulum clarẽ alicubi credendum proposuit. Solet enim quodlibet
dogma in S. Scriptura suam genuinã, propriã atq; nativã habere
sedem, ex qua etiam debet judicari, ut ex inductione articulorum mani-
festum est, apud Casp. Finck. Centur. 1. Canon. Theologic. can. 19. pag. 33.
Imõ, quæ ejusmodi sunt, & à CHRISTO tradita, ea videmus ab omnibus
Evangelistis aut plerisq; conscripta. Locus vero de Petra apud Matthæ-
um tantum legitur, quem pro Monarchiã Petri allegant Pontificii: Sic
etiam verbum pascere, quod importunẽ urgent, duntaxat apud Johan-
nem, Commodẽ itaq; hic adducemus observationem Episcopi Abu-
lensis, in Matth. c. 3. quest. 29. Sciendum, inquit, quod licet omnia, quæ
Evangelistæ narrant, ad CHRISTUM pertineant, quædam tamen sunt ma-
gã necessaria de gestu & dictu CHRISTI, quàm alia. In illis autem quæ
non sunt maxime necessaria, licet sint valdẽ utilia, quidam eorum illa atti-
gerunt,*

gerunt, & alii omiserunt. In us vero, quæ erant omnino necessaria, nulli eorum tacuit, licet quidam plura, quam alii, in eadem re dicant. Quod non parum movet ad negandum illum *Papalem Principatum*: Unde & egregie aliquando Isaacus Casaubonus scripsit; *Hildebrandina istius denominationis fundamentum si quaerimus*, id situm est *in dictis* aliquot figuræ *de Petro*, & *in silentio* ejusdem Scripturæ *de Romano Papa*.

§. 84. Deinde *in specie* ad Argumentum *Resp. Majoris* consequentia non procedit; quia *Petra* ceu *fundamentum* alicujus *edificii* non infert *dominium*, nunquam enim auditum fuit, *fundamentum domus*, quale, ejusdem esse *Domum*; sed *formaliter ratio fundamenti* consistit in *soliditate* & *firmitate*. *Matth. c. 7. v. 25.* Quod & Lutherus probe animadvertit, propterea in simili conflictu inficiatur sequelam, *Lib. de Potest. Pap.* Quemadmodum enim recte quidem dicitur; *Super fidem* & *dificari Ecclesiam*; Et tamen non sequitur; Ergo *fides est Dominus* & *Rector Ecclesie*. Ita recte quidem asseritur; *Super Petram* & *dificatur Ecclesia*; Sed non sequitur; Ergo *Petrus Apostolus est Dominus, Rector & Monarcha Ecclesie*. Ratio itaq; consequentiæ Majoris propositionis Bellarmini fallissima est, *Petra* fundamentali hoc esse proprium.

§. 85. Sanior habetur de fundamenti proprietate sententia Joh. Cloppenburgii, *Exerc. Theologic. loc. de Evang. Disp. 6. lib. 67.* ita scribentis; *Fundamenti* autem *soliditatem* & *firmitatem*, quod visua immotum stet, ut ipsi *tudo innitatur* ex eo *exurgens* tota *moles edificii* spiritualis, notat nomen seu indigumentum *Petra* a *Petro* expressum. *1. Epist. c. 12. v. 7.* Et a *Paulo ad Rom. c. 9. v. 33.* Quod illustravit *CHRISTUS* ipse per antithesin *edificii*, quod *super Petram*, & *super arenam* extructum est. *Matth. c. 7. v. 24. 27.* Et *sibi asseruit*, dicens *Petro*; *Tu es Petrus*, & *super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*.

§. 86. Amplif. D. Joh. Cont. Danhaw. formalem rationem *Petra* consistere in eo scribit. (1) *Esse quid firmissimum*, quod non ut *pila* aut *lapis* projiciat & *devolvi* possit. (2) *sustentativam* alicujus *castris*, ut *fidele* sit contra tum *terre* motus, tum *hostium* insultus. (3) *Aptum*, ex quo *lapides* alii excidantur. Hinc sequitur; Quicumq; metaphoricè *petra* dicitur, eum oportere esse *constantem* ac *immutabilem* (ut *Filius Dei*) & quasi *πυργόγων*, *sustentativum* alicujus *rei* (*Ecclesie*) & *aptum*,
ex quo

ex quo lapides (Christiani) excidantur. Hæc ille in *Idea Interp. bon. part. r. Sect. 3. artic. 7. pag. m. 167.*

§. 87. Contra Minorem argumenti propositi pugnat nostra positio; *Petrus non est illa petra, super quam CHRISTUS Ecclesiam suam fundare dixit.* Quæ positione nos prorsus negamus, quod Bellarminus in Minori propositione confidenter affirmabat. Et Textus ipse facit pro nobis, quod verba CHRISTI; *Ἰνὶ τῶν τῶν τῶν πέτρα,* de Simone Petro non debeant accipi. Etenim in Textu aliud est *Petrus*, & aliud *Petra*. Siquidem *Petrus* denominatur à *Petrâ*, ut Christianus à CHRISTO. Hinc Augustinus recte scribit, *Tract. 124. in Johan.* Ecclesia fundata est super *petram*, unde & Petrus nomen accepit. Non enim à *Petro* *petra*, sed *Petrus* à *petrâ*: Sicut non CHRISTUS à Christiano, sed Christianus à CHRISTO vocatur.

§. 88. Hujus loci videretur esse observatio Philologorum, quod aliud sit *πέτρα*, & aliud *πέτρας*. Scilicet, *πέτρα* secundum illos est *rupes* aut *saxum ingens*: *πέτρας* vero masculinum, est *parvus lapis*, quales sunt, qui Græcis *Χεῖμα ἴσες*, pugillares lapides, quod manum impleant, dicuntur, Author. Eustathio in *Iliad. 7.* qui *πέτραν montem*, *πέτρον* vero aliquid à monte revulsam vocat. Vid. Daniel. Tilen. in *Annot. contr. Bell. lib. 1. cap. 10. pag. 74.* Exempla citantur passim, ubi apud Autores *πέτρα* rupem & saxum significat, ut cum Diodorus *lib. 17. pag. 607.* Arrianus *lib. 4. p. 98. q. 8.* rupem *ἀσπρόν* vocant *πέτραν*. Diodorus quidem *decies*: Arrianus *duodecies*. Sic Diodorus quoque *rupem Caucasæam* *πέτραν* vocare solitus. Conf. Xenophon. *ἑταβῶν* *lib. 4. pag. 199.* Theocrit. *Idyllio. 22.* Plutarch. *de Pyth. Orac. Agath. lib. 1. c. 5. epigr. 4.* Neque inusitatum est in Sacris, leg. *Job. c. 22. 24. Syr. cap. 40. 17. & 2. Macc. 14. 46.* Sic Septuaginta Interpretes *nonagies* circiter *πέτραν* in V. T. usurparunt pro *rupe*. Nov. T. quater & decies, Jacobo Cappell observate, in *Vindictis pro Isaac. Casaub. & Tract. de Sedu Roman. potest. l. 1. c. 1. p. 4.*

§. 89. Eo sensu *Petrus* non potest esse *petra*, *rupes*, vel fundamentum Ecclesiæ tam firmum, ut portæ inferorum non prævaleant adversus eam: Nam Ecclesia non fundatur in uno lapidulo, sed in *firmissima rupe*, quæ ita dicitur ob *magnitudinem* & *vim immotam*: Vel certo *super CHRISTO*, à quo tanquam *petrâ solidissimâ*, quem confessus, denomina-

rus est Petrus, atq; lapis, ex illa rupe excisus, ut loquitur Calaubonus
Exerc. 15. 2. 12. pag. 278. Conf. Daniel. Heinsii. *Exercitation. Sac. cap. 12. fol. 57.* Anton. Fagi *Thest. Theologic. de Dominatu Petri. Dup. 20. th. u.*
 §. 90. Inde jam constat differre *petrus* & *petra*, ut *totum & pars*
Petra saxum ingens, rupe & compages montis saxei est: Petrus contra
parvus lapis dicitur, vel particula, quæ à rupe resecta est: In applicatio-
ne, CHRISTUS est Petrus, sive rupe, 1. Cor. c. 10. v. 4. Ut inferius probabitur
pluribus; Petrus Apostolus v. est lapis ex illa rupe excisus. Vel, ut cum
Augustino loquimur, Est Petrus in domo DEI, qui in petra CHR ISTO
fundatus est. Hugo Grotius machet eum quasi draus, CHR ISTUM ita
inducens loquentem ad Petrum; Petrus à me nominatus es, quia
eris quasi Petrus. Annotati in lib. Evangelic. 16. Matth. pag. 291. Hoc sensu ha-
bebunt Romanenses Papam quasi Monarchiam

§. 91. Neq; dubium, quin *petrus* & *petra* differant ut *nomen*
 & *denominatum*, de quibus notum est, quod non possint æque de eo
 dem dici. Non enim idem est *lapis & lapideus, fides & fidelis, Philosophi*
phia & Philosophus, fortis & fortitudo. Propterea non licet inferre,
 Quidam homo est Philosophus; Ergo quidam homo est philosophia.
 Hector est fortis; Ergo est fortitudo. Sic non procedere conse-
 quentiam Pontificiorum; Simon est Petrus; Ergo est petra. Esset enim
 idem, ac si quis diceret; Aristoteles est Dialecticus; Dialectica est or-
 ganum scientiarum; Ergo Aristoteles est Dialectica; Contrarium verò
 sequi asseritur; Aristoteles est Dialecticus; Ergo non est dialectica.
 Hector est fortis; Ergo non est fortitudo. Ita etiam rectè concludi
 Simon est *petrus*; Ergo non est *petra*. Tam enim differre Petrus à Petra,
 quàm Dialecticus à Dialectica; propterea quia utraque sint *negatio*
 disputant D. Calov. *Diss. de Necess. Doctr. de Satisfact. Christ. Dissert. 4.*
cap. 7. thes. 9. D. Joh. Conf. Danhaw. in *Append. Idæ. boni. interp. Sect. 2.*
artic. 6 §. 4. part. 2. pag. 291. Dan. Chamier. *panstrat. Catholicæ. Controv.*
cont. Pontific. Tom. 1. lib. 11. de Oecumenic. Pontific. c. 2. fol. 192.

§. 92. Accedit, quod CHRISTUS Simonem dixit; Non, Tu eris Pe-
 trus; Sed, Tu es Petrus. Siigitur sensu idem est; Tu es Petrus. Et, Tu
 es Petrus, sequitur; jam tum Simonem Ecclesia fuisse Petram. At hoc fal-
 sum est, quia is deinceps CHRISTUM negavit lapsu horrendo. Ergo *petrus*
 non est *petra*. Sentiant vim argumenti, qui promissionem saltem præ-
 tendunt

tendunt Petro esse factam, ut sit sensus verborum CHRISTI, secundum Nicolaum Sanderum; Tu post me *eris* primus lapis Ecclesie illius, quam in terris edificabo. Ego Te sustentabo, Tu reliquos sustine. *lib. 6. de Visibil. Monarch. Eccl. cap. 2. fol. 170.* Sic etiam Barradius scribit; Pollicetur DOMINUS Petro Summum Ecclesie Pontificatum; Et hæc promissio fuit confessionis præmium; *Comm. in Concord. Evang. Tom. 2. lib. 10. c. 23. fol. 602. b.* Confer §. 50. Sed obstat verbum præsentis; *ES*, quod non idem est cum futuro *eris*; sed *huic* opponitur. Maldonato fatente in *Comm. super h. l. Dico Te esse petram. i. e. Vicarium meum.* Non dicitur *eris*; sed, *es*; in præsentia; ita egregie consentiunt hæc in re Jesuita, ut sibi invicem manifeste contradicere reprehendantur. Et ipsa Maldonati glossa de *Vicario* heic ridicula est; Præsentin. Christo, quid opus Vicario?

§. 93. D. Lutherus, contra Eccium disputans, ita procedit. Primo quaerit, *An Petrus sit pars Ecclesie?* Et respondet, quod sic. Deinde ita colligit; Si Petrus est pars Ecclesie; Ergo non potest esse PETRA & in hoc loco, quia Christus dicit; Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Quare *Petrus* cum Ecclesia edificatur super Petram, & non est petra ipsa; nisi Ecciano interpretandi more, idem super se ipsum edificari garras. Concludit; Aut ergo Petrus non est petra, super quam Ecclesia edificatur, aut Petrus non est pars Ecclesie; quæ edificatur super Petram. Atqui Petrus est pars Ecclesie, quæ edificatur; Ergo Petrus non est petra, super quam edificatur Ecclesia. *Tom. 1. Jen. Latin. fol. 228.*

§. 94. Res deniq; ipsa loquitur. Cum enim CHRISTUS dixit; Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, &c. nihil aliud vult, quam se Ecclesiam edificaturum super *firmum, immobile, fundamentum*, contra quod nihil possint omnes adversariorum, vel infernalium, vel terrestrium, insultus; ut ipse Francisc. Ferus, Pontificus Glosator, CHRISTI verba interpretatur, *Comm. in cap. 16. Matth.* Subsumimus; Simon Petrus tale fundamentum non est. Ergo Petrus non est petra. Subsumtionem probamus; quia Petrus tanti fundamenti proprietates debitas non habuit, quod & *primum*, & *amplum*, & *firmum* esse debet; siue ipsius personam; siue ipsius fidem & confessionem respicimus. *Primum omnium* non fuit Petrus *agnitione & confessione filii DEI* quando quidem jam ante Johannes Baptista confessus est CHRISTUM DEI filium. *Joh. c. 1. v. 34.* Et Nathanael, *v. 30.* Nec *amplitudinem* & perfectionem præ cæteris habuit;

h. b. u. i. t. , c. u. m. J. o. h. a. n. n. e. s. n. o. t. i. t. i. a. m. y. s. t. e. r. i. o. r. u. m. e. u. m. a. n. t. e. c. e. l. l. e. r. i. t. , u. t. O. r. i. g. e. n. e. s. p. r. o. l. i. x. e. d. o. c. e. t. *Homil. 1. in dices.* Neq; gloriā firmitatis & stabilitatis meretur, quia homo labilis erat, & actu gravissime lapsus est. Egregiam quidem de CHRISTO confessionem deposuit, sed mox ab illa fide decidit, & audivit ex ore DOMINI; *Vade post me Satan,* scandalo es mihi. *Matth. c. 16. v. 22. 23.* Et postea ter DOMINUM negavit cum nefanda pejuratiōe, *Matth. c. 26. v. 2.* Neque immunis erat contentioni illius, cum Apostoli inter se de primatū litigarent, quis major futurus eslet illorum. *Matth. c. 20. v. 24. Luc. c. 22. v. 24.* Quin & post CHRISTI ascensionem magno cum scandalo Legalium observantiam in Ecclesiam Christianam inducere tentavit. *Gal. c. 2. v. 12.* Stat conclusio! Ecclesiam necesse est, scribit *Megalandus noster*, stare fundatam & ædificatam & *Victricem* inferorum super fundamentum vivum, æternum, & super versantem cum Eā Petrā usq; ad consummationem seculi. Petrus autem Apostolus, præter hoc, quod est homo peccator, mortuus, sicut omnes alii Sancti, etiam ipse super hanc Petram cum Ecclesia ædificatus est. Quare hic locus nihil pertinet ad Tyrannidem papalem. *Luth. Tom. 5. v. 16. Lat. fol. 63.*

§. 95. Non vero obstat assertioni nostræ pronomen HANC, quod, ut vult *Bellarminus*, & una cum ipso clamant *Adam Contzen*, *Maldonatus*, *Corn. à Lapide*, ceteri, indicare debet illam petram, de qua paulò ante DOMINUS locutus, unde nobis vehemens bellum Grammaticale Sophista movent pro Monarchatu Petri strenue dimicantes, quod verò facile discutietur. Nulla enim necessitas est, ut contendunt *Maldonatus Comm. in h. loc.* Et simul *Baronius*, ad ann. Dom. 33. art. 21. pronomen hanc referre ad præcedens nomen; quia rō HANC non est pronomen relativum, quod respectum habere solet ad antecedentia; Sed est demonstrativum, quod maxime respicit substantivum, cum quo proxime coheret, ut hoc loco fit, propterea demonstrative sumendum & de CHRISTO intelligendum est, eo magis, quia usitatum est, in personalibus demonstrative loqui, & quod eleganter fiat, probant *Casaubonus, exercit. 15. §. 12. pag. 365.* Et ex ipsius mente *Jac. Capell. lib. 1. Sed. Roman. potest. cap. 3. pag. 10.* Tacemus, quod multa exempla occurrant in S. Scriptura opinioni pontificiorum contraria, *Vid. D. Gerhard, Confess. Catholic. lib. 2. Artic. 3. c. 2. de Primat. Petr. p. 558.* *Chamier. Tom. 2. Panstrat. Catholic. lib. 11. cap. 2. fol. 193.* Et sanè, novum omnino

omnino non est, ut pronomen demonstrativum ostendat quandoq; rem presentem, sine dependentia à proxime antecedente substantivo: Sic Job. c. 6. v. 49. & 50. dicitur; Patres vestri manducaverunt Manna &c. Hic est panis de caelo descendens. Ubi demonstrativum hic non respicit Manna, de quo antecederet sermo erat; sed denotat CHRISTUM, ut ipse explicat. v. 51. Frivole itaq; Cornel. à Lapide, Comm. in c. 16. Matth. fol. 316. In gratiam Bellarmini & ceterorum Papas Assectatorum urget, pronomen hanc, cum sit demonstrativum, referri debere ad antecedentem Petrum. Quia imo, quia Petrus masculinum est, patet inde, quam egregie ineptiunt Pontificii & ingeniosi Jesuita, qui pronomen demonstrativum hanc ad Petrum referunt.

§. 96. Neque rem relevat, quod Protocollum profert Romanum ex eo, quod Bellarminus scripserit, DOMINUM Syriacè locutum. Ergo pronomen Hanc non posse referri nisi ad Petrum, qui eo loco vocatus est Petra. Ratio sit, quia in Lingua Syriaca vocabulum ܢܦܘܟܦܗ Kephā, sive sit proprium, sive appellativum, eandem terminationem habet. Similiter ad Texum Syriacum recurrunt Maldonatus, Agricola, Conzen, Colterus, Stapletonus, Corn. à Lapide, & nihil non agunt, ut suam quavis specie conforment, si non confirmant, sententiam.

§. 97. Nos (1) non disputamus nunc, CHRISTUM Syriacè locutum fuisse, præterquam quod adhuc dubium sit, DOMINUM ulum esse Idiomate Antiocheno vel Maronico, quin potius Hierosolymitanum Idiomate, quo CHRISTUS ulus, ab Antiocheno, quo conscriptum est Nov. Testamentum, distinctum sit. Calov. Disp. 4. de necessit. Sarr. fact. Chr. ih. n. pag. 8. (2.) Concedimus apud Syros in terminatione Cephā nullam esse diversitatem: Id quod Genio Syriacæ Linguae tribuendum, qua virorum nomina illius formæ ab aliis substantivis derivata eadem terminatione effert; sed (quod probe notandum) quovis modo & significatione diversa. Licet jam (3) non negemus, DOMINUM, quæ Syriacè locutus admittitur, & Cephā sine ulla discrimine terminationum pronunciasse; diversissimos tamen duarum illarum vocum fuisse significationes constanter asserimus, & propterea non posse dici eandem heic vocem, quin & in Syriaco manifesta est distinctio in articulis, qui genus & significationem mutant; licet terminatio non mutetur; In enim masculi-

num est, Νῆν vero fœmininum. Quod ipse Adamus Conzenius ad-
eò inficiari nequit, ut suâ translatione necesse habeat, illud confirmare;
petrus, *inquit*, Linguâ Syriacâ dicitur *Kipha*, quod Latini & Græci suo
more immutant, & dicunt *Cephas*. Syrus ita habet; *danh hu Cipha*,
Tu ille Cipha. Deinde; *Veghal hada Cipha*, & super *hanc Cipha*. *Comm.*
in h. loc. Matth. quest. 1. S. 2. fol. 316. Hoc ipso Syrus *Petrum* à *Petrâ* discernit;
In primo sive antecedenti membro *Cepha* esse nomen proprium Si-
moniane, *Johan. c. 1.* inditum, articulus, seu pronomén masculinum
Hu appositum evincit; In consequenti vero membro esse appellativum,
articulus sive pronomén fœmininum *Hada* appositum notat.

§. 98. Et hujus rei habemus locupletem Interpretem Matthæum,
qui vocabula ista in Græco expressè distinguit, & omnem tollit licem,
cujus Evangelium, sive Græcum ipse Matthæus scripserit, quod statui-
tur, sive Interpres aliquis, ut putant nonnulli, cujus nomine vel Jacobo,
frater Domini, secundum Athanasium, in *Synops. Sac. Script.* veniat, vel
Johannes Apostolus, prout cenet Theophylactus, *Prefation. in Matth.*
Sive Barnabas Apostolus, quod placet Sixto Senensi. *Biblioth. Sac.* Sive
Lucas, sive Paulus, ut ambigit Anastasius Sinaita Antiochen. *lib. 8. Hexæ-*
mer. ex Hebræo converterit, a Johanne Apostolo approbatum est, Eu-
sebio teste, *lib. 3. Hist. Eccl. c. 18.* Proinde authenticum & canonicum es-
se neq; Pontificii negare audent. Cujuscunq; sit versio Græca, scribit
Bellarminus, ita recepta est illa translatio, ac si eâ Linguâ primum scri-
ptum fuisset Evangelium Matthæi. *Controv. 1. lib. 1. cap. 7 not. 3.* Conf.
Corn. à Lapid. *Argum. in Matth. fol. 41. D. Comm.* Legitur autem in Græco
disertis verbis ὁὐδὲ ἐστὶν πέτρα, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν πέτραν; Tu es Petrus,
& super *hac* *petrâ* &c. Non vero; ὁὐδὲ ἐστὶν πέτρα ἐπὶ τῆτῷ τῷ πέτρῳ.
Tu es Petrus, & super *hoc* Petro. Quod utiq; per Idiotismum Græcum
licuisset, si res *una* annotata fuisset. Nomen enim *petra* coincidit cum
vocabulo πέτρα *appellativè* acceptum. At visum est Spiritui S. nomen
masculinum, quod erat in antecedenti, in fœmininum mutare in se-
quenti periodo, ne quis per errorem ad Petrum referret, quod de CHRIS-
TO intelligendum est. Nefandâ itaq; audaciâ Jesuitici novatores con-
trâ Spiritus Sancti calamum hîc pugnant.

§. 99. Sed quid multis? Propria videtur cadunt Adversarii. Synodus etenim Tridentina, Session. 4. Decret. 2. Vulgatam Versionem Latinam pronunciat authenticam, ac nullo pretextu recusantem, vel cum comminatione anathematis. Canon ita se habet: *Sacrosancta Synodus statuit & declarat, ut haec ipsa Verus & vulgata Editio, quae longo tot saeculorum usum in Ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus, aut expositionibus pro authentica habeatur, & quod eam rejicere quovis pretextu nemo audeat vel praesumat.* Interpres vero ille vulgatus, Tridenti factus authenticus, legit: *Tues Petrus, & super hanc petram &c.* differre proprium Petri nomen in antecedenti exprimens, & id ipsum ab appellativo in sequenti distinguens. Quo ipso Petrus discernitur a petra non solum terminatione, sed etiam genere feminino, adiectio pronomine *hanc*, quod indebite voci Petrae adijceretur, cum intelligendum esset de Petro, nomine proprio, nomina enim propria virorum sunt generis masculini, quod & pueris notum est in Scholis.

§. 100. Hinc ista lacruma Petri de Bollo Parisiensis Theologi in authentica probat. *Sacrosancti. Miss. Sac.* Scimus, quod Interpres *Matthaei. Exi. Graecus & Latinus, non sit hoc loco optime de hac nostra fidei parte promeritus. Si enim dixisset, Et Tues Petrus, & super hanc petram, res fuisset multo clarior, nunc vero, cum priori loco *πετρον Petrum*, posteriori petram posuerit, videntur propter mutatam vocem res etiam permutatae. &c.*

§. 101. Bellarminus in gratiam causa Latinum interpretem excusare intendit, quod Graecum Codicem sit securus. *Lib. 1. cap. 10. de Roman. Pontific. fol. 207.* Sed non opus est excusatione, ubi actio iusta. Ratio facti, cur putat Bellarminus, Graecum vertere noluisse, *οὗ ἐστι πέτρα*, Tues Petrus, quod cum apud Graecos tam *πέτρα*, quam *πέτρα* significet lapidem, visum fuerit Interpreti commodius, homini nomen masculinum, quam femininum tribuere, non procedit; quia est contra fidem boni Interpretis, qui teneret autographi insistere vestigiis, & non indulgere suis cogitationibus. Deinde esse differentia inter *πετρον* & *πέτρα* superius probatum dedimus, atq; adeo, ut non liceat unum pro altero poni. Quod postremo addit Jesuita, implicat cum prioribus. Unum enim

H

& idem

102. 99. 2

& *idem significare*, quod supra tam de Petro, quàm de Petrà affirmasset Bellarminus; Et dici ambigè, quod de Petro postea affirmat, manifesta est contradictio. Sed tandem ad Patres.

§. 102. Justò insolentius exultant Adversarii, suam esse in hujus loci expositione totam Antiquitatem. Bellarminus ad istam provocat his miris modis; Accedat Consensus Ecclesiæ rotius & Græcorum & Latinorum Patrum. *Lib. 1. de Rom. Pontific. cap. 10. fol. 207.* Jansenius; Communiter, *inquit*, etiam ab Antiquissimis & omnibus Catholicis per *petram* hanc *Petrus ipse* intelligitur. Gregorius de Valentia scribit; Ita locum illum *universi Patres* interpretati sunt, neq; profus dubitaverunt, quin Petrus ibi petra dictus à CHRISTO sit: Et si unus quidem excipiendus sit Augustinus. Bozius, *l. 18. de Signis Eccl. c. 1.* neminem dissentire ait, unum tantum Augustinum dubitasse. Sic enim solent Magnifici Sophistæ magnificè mentiri; replicat Chamier, *Panstrat. Cathol. lib. 11. cap. 3. Tom. 2. fol. 194. col. 2.* Et quanto jure sequens nostra positio reddet manifestum inductione Antiquitatis, Patrum, cæterorum.

§. 103. Bellarmino & suis sequacibus fastuosus, quibus nunc litem intendimus, respondemus *in genere*, quod isti patres, qui Simonem Petrum appellant petram, illum non considerent simpliciter, sed (1) *ut Apostolum*, qui per prædicationem verbi *fundavit & collegit* Ecclesiam, quod ipsi pariter & reliquis Apostolis comperebat. Hinc Ambros. *Serm. 47.* scribit; *Petrus* dicitur eò, quod *primus* in Nationibus fidei *fundamenta* posuerit. Hoc sensu Petra & fundamentum Ecclesiæ dicitur, qui Ministerio verbi & Sacramentorum. Eam plantat & sustinet, ejusq; ædificationi est occupatus. Et hæc significatio adeo à Monarchia est remota, ut eam profus destruat. (2) *Ut Credentem & CHRISTUM* confitentem, ut respectus semper sit ipsius fidei & confessionis. Leg. Chrysostom. *Homil. de Cruc. Dominic. Homil. 55. in Matth.* Cyrill. *Dialog. 4. de Trinit.* Isidor. *Pelusioc. lib. 1. epist. 235.* Hac ratione id non ad solum Petrum, sed etiam ad reliquos Apostolos, quin imo ad omnes fideles & credentes pertinet, petra enim est, quisquis CHRISTI discipulus est, & in eum credit, Origene interpretante, *Homil. 5. in Exod. & Tract. 1. in Matth.* Conf. Erasim. *Roterodam. Paraphras. in b. l. Matth. fol. 114.*

§. 104. Si jam *in specie* omnes, quot quot Adversarii citant ex Antiquitate Patres, eorumq; dicta lustremus, vix remanebunt, qui affirmant

mant, *Petrum* esse eâ ratione *Petram*, ut habeat Monarchicum Regimen, absolutamq; potestatem in Ecclesiam, quod Pontificii sub nomine *Petræ* & fundamenti hic intendunt, ut notum est. Tentemus unum atq; alterum exemplum juxta seriem Bellarmini.

§. 105. Initio provocat ad totum Chalcedonense Concilium 630. Patrum, quod *act. 3.* *Petrum* appellat *petram* Ecclesiæ Romanæ. Resp. In illo Concilio tantum Legati Romani Episcopi Paschasius & Lucentius ita loquuntur, qui nomine Leonis Pontificis aderant, per quos ipse Pontifex ageret, affirmante vel ipso Severino Binio *in notis sup. Concil. Chalced. Tom. 2. Consilior. General. fol. 410. C.* Legati vero illi non sunt totum Concilium tot Episcoporum. Neq; attendendum Legatorum istorum testimonium; quia agebant in causâ & personâ Pontificis, adeoq; propriâ, nemo vero in causa propria idoneus testis esse potest. Cæterorum Episcoporum sanior sensus erat de Petro, concedentium illum esse *Petram*, sed ita, ut affirmatur de Apostolis omnibus, quod sint Ecclesiæ fundamenta, ratione doctrinæ & verbi prædicationis, non verò jurisdictionis & domini.

§. 106. Pergit Bellarminus; In Ecclesia canuntur hodiè omnium ore, & cantati sunt à 1200. annis illi versus D. Ambrosii in Hymno laudum diei Dominic: *Hoc ipso petra Ecclesiæ canente culpam diluit.* Resp. (1) *Vulgus* & multitudo errantium non parit antiquo errori patrocinium. Neque (2) a *Vulgo* sunt in Religionis negotio sumenda argumenta. (3) *Dilucere culpam* proprie illius est, qui credentes, sanguine suo ablutos, Patri reconciliavit. Hoc verò fecit *Petra CHRISTUS*, salutis Largitor, Mundi Salvator; non *Petrus* Apostolus, qui tantum salutis præco-

§. 107. Tertio; Testatur D. Augustinus *lib. 1. retrad. cap. 21.* Jam jam suo tempore captum cani ex versibus Ambrosii, *Petrum* esse *petram*, super quam Dominus Ecclesiam ædificavit. Resp. (1) Distingendum inter nudam *relationem*, & inter *approbationem facti*. Illam concedimus: Hanc negamus. (2) *Petrum* *petram* dici posse ut non negat Augustinus, nempe eo sensu, quo antea dictum; Ita rectius locum illum *Matchæi* ex nostrâ sententiâ exponi debere, testatur his verbis, à Bellarmino vafre suppressis; *Scio me postea* (augusta sunt verba Augustini) *seposuisse exposuisse, quod à Domino dictum est; Tu es Petrus &c.* ut super *Hunc* intelligeretur, *quem confessus est Petrus.* &c.

§. 108. Ex *Patribus Græcis* primum locum concedit Origeni, *Hæmil. 9. in Exod.* de Petrâ scribenti, Bellarminus. (1) Miramur, quod non dubitaverit Jesuita, pro Papâ Sanctissimo, Ejusq; causâ, in testimonium producere, quem ipse pessimè denigravit, & multorum errorum reum pronuntiavit, adversans illis, qui Origenem vel defendere, vel excusare voluerunt. Sic enim Bellarminus de Origene; Quamvis doctissimus fuerit, deceptus tamen ex Platonis Philosophiâ, in multos errores incidit. Epiphanius *in lib. de Hæresibus*, ponit Origenem in numero aliorum hæreticorum &c. In quinta Synodo generali *Collat. 8. can. 12.* dicitur anathema Origeni, & scriptis Ejus, sicut Ario, Eunomio, Macedonio, Nestorio, & Eurycheti. Et *in lib. qui inscribitur Pratum Spirituale cap. 25.* in quadam revelatione visus est Origenes cum Ario, aliisque hæreticis in gehennæ ignibus torqueri. Citatur autem Pratum Spirituale *in 7. Synodo generali*, ne quis eum librum spernendum censeat. Hæc præmittenda existimavi propter eos, qui Origenem excusare conantur. *Lib. de Scripturis Ecclesiasticis, pag. 81.* Deliberandum hæc nobis esse putamus, an Bellarmino debeamus majorem fidem, vel Origini assensum? N. 9; (2) videmus, verba Origenis citata causam Pontificiam quæquam juvare posse, cum sint increpatoria, non verò approbatoria. (3) Novimus ex antea dictis, quæ mens Origenis *de petra*, qua nituntur omnes credentes.

§. 109. Post Origenem citat Jesuita Cardinalis Athanasium hæc formalis; Athanasius, in Epist. ad Felicem, quam scripsit nomine suo & Synodi Alexandrinæ; Tu es, inquit, Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, i. e. Episcopi, sunt confirmata. Resp. Epistola est spuria, quam furcillat ipsemet Baronius, *Tom. 3. ad ann. Christ. 357. §. 66.* ubi ostendit, eum fuisse Alexandrinæ statum, ab eo tempore, quo exulante Liberio, Felix sedere cepit, ut nullus planè locus, vel tempus cogendæ Synodi potuerit esse, latitante in eremo Athanasio, aliisque Episcopis pariter exturbatis. Idem judicium Binii, *Tom. 1. Cancell. pag. 492. in notis.*

§. 110. Accedunt Basilii, *lib. 2. in Eunom.* Nazianzenus *in Oratione de moderatione habend.* in *Disp.* Epiphanius *in Ancorato.* Chrysostomus. *Hom. 55. in Matth.* Cyrillus. *lib. 2. cap. 2. in Johan.* Ex Latinis Tertullianus, Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Maximus.

mus. Eahi sunt, qui totam absolvant nobis Antiquitatem. Omittit
verò Bellarminus Ignatium, Dionysium Areopagitam, Clementem
Rom. Hieronem, Polycarpum, Justinum, Theophilum, Irenæum,
Clementem Alexandrinum, Lactantium, Gregor. Nysenum, & mul-
tos alios. Neq; reliqui citati quicquam habent, quod Monarchicum
sapiat Regimen; sed Petrum Apostolum vel *ob Ministerium*, vel *ob fidem*
& *confessionem* Petram & fundamentum appellant. Quorum singulo-
rum examen instituit, Dan. Tilenus *in Notis & Animadversion. contr. Bel-*
larmin. lib. 1. cap. 10. de Rom. Pontific. pag. 76. seq. quo curiosum remittimus.

§. III. Unicum, antequam hic abeamus, lubet addere. Sibrandus,
contra quem Adamus Contzen disputat, impium putat, Ecclesiam ædificari
super Petrum apostolum, eâ ratione motus; quia ædificare eam super
CHRISTUM, est CHRISTO per fidem inferi: At impium est dicere,
eam Petro per fidem inferi. Ergo impium est dicere, Ecclesiam ædificari
super Petrum. Quem nodum Conzenius non solvit, quando ita excipit;
Ecclesia CHRISTO non tantum per fidem insita est, sed *ab eo regitur* quo-
que & sustentatur. Admittitur enim & hoc, & eo fortius concludi po-
test contra Conzenium Jesuitam; Si CHRISTUS est is, cui Ecclesia per
fidem est insita, & qui Ecclesiam regit & sustentat, impium est dicere,
eam Petro ratione superædificationis per fidem inferi, & à Petro regi
& sustentari. Petrus enim non est CHRISTUS: Neq; Petro ea gloria
attribui debet, quæ est CHRISTI. Esa. c. 42. Atqui verum est prius & con-
cessum à Jesuita. *Question. 2. in h. loc. Marti. §. 4. pag. 317.* Ergo & pos-
teriorius. Cum impietate igitur nisi velint Pontifici atque cum pudore
hinc abire, tenentur concedere, *Petrum non esse Petram*, super quam
Ecclesia ædificata est.

POSITIO III.

ECCLESIAE PETRA & FUNDAMENTUM omni
jure salutatur CHRISTUS.

TEXTUS

Καὶ ὅτι ταύτη ἡ πέτρα ὀικοδομησὶς μου πᾶσα ἐκκλησία, καὶ πύλος
ἔθου καὶ καθύστερον αὐτῆς.

VETUS VERSIO.

Et super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam.

LUTHERUS.

Und ich sage dir auch/ du bist *Petrus*, und auff diesen Felsen wil ich bauen meine Gemeine/ uñ die Pforten der Höl- len sollen sie nicht überwältigen.

EVOLUTIO.

§. 112.

DOMINUM appellari in Sac. Literis aliquoties PETRAM, manifestum est ex locis. 2. *Samuel. c. 22. v. 2. Psal. 18. v. 3. Et 31. v. 4. Et 42. v. 10. Et 71. v. 3. Esa. c. 8. v. 14. Rom. 9. v. 13. 1. Cor. c. 10. v. 4.* Ubi hoc notandum, quando CHRISTUS in S. Scriptura *Petra* dicitur, id fieri duabus potissimum ratio- nibus: Altera est *absoluta*, altera vero *respectum* involvit ad Ecclesiam: Utraq; nititur proprietatibus inhærentibus. *Absolutè* *petra* dicitur quæ DEUS, רֹקַח quod *LXX.* reddunt ἐξ ὁμοῦ τοῦ ὄρους *montè veletia* πῆγαυ ρυπέ . Quod quidem fieri credendum est, ut Theologi monent, ratione *durationis* & *immutabilitatis*, ut respectus habeatur ad *duritiem lapidis*. Ita רֹקַח *dura- tionem* notare, & accedere proximè ad significationem *Nominis Tetra- grammi*, docent. Nimirum, ut propter *veram essentiam* dicitur $\text{הוּא ה' הוּא הוּא הוּא הוּא הוּא}$ h. e. *Is qui est, & Is qui erat*; Ita propter *perpetuam subsisten- tiam* appellatur רֹקַח , quod est *Petra*, res durare idonea, & רוּחַ אֱלֹהִים DEUM denotat, ideoq; sæpè non *petra*, sed *DEUS* vertitur, *Deut. c. 32. v. 31. 2. Sam. c. 22. v. 23. Psal. 31. v. 3. Et 73. v. 26. &c.* *Relatè* vero dicitur (1) *Ratione creationis & causalitatis*, quod etiam exponit *Maimon in More Nebuch. l. 1. c. 16.* DEUM dicens *petram* רֹקַח , quia Ipse est principium & causa, per quam facta sunt omnia. *Joh. c. 1. v. 3.* (2) *Ratione redem- ptionis & sustentationis Ecclesie*, quam Ipse redemit, cui *dat esse & durare*: $\text{τὸ εἶναι, ἔ, μένειν ἀσάλευτον}$, h. e. *essentiam & durationem stabilem.* *Esa. c. 28. v. 16. Psal. 118. v. 22.* Qui respectus h. l. obtinet potissimum: Dicitur enim *DOMINUS* hic *Petra* in ordine ad Ecclesiam, quod nomen *CHRISTO* respectu Ecclesie convenit, in quantum Ea *CHRISTO* ceu

firmis.

firmissima rupi tota innititur, & ab eo tum robur & firmitatem, tum conservationem & durationem perpetuam obtinet, ut portæ inferorum adversus eam prevalere non possint.


§. 13. Propterea & Patres & eorum sequaces CHRISTUM unicum Ecclesiæ suæ personale fundamentum & petram, qui in Textu nostro de se ipso loquitur, agnoscunt. Tertullianus *advers. Marcion. lib. 4. cap. 13.* Imponit & Petro nomen. & c. Hilarius *lib. 2. de Trinit.* Unum igitur hoc est *immobile fundamentum.* & c. Greg. Nysenus. *c. post. Testimonior. contra Judæos.* Theodoretus *in Psal. 47.* Edificavit numq; Ecclesiam & c. Idem *in 1 ad Corinth. c. 3.* CHRISTUS est fundamentum. & c. Ambrosius. *Serm. 48.* Petra autem erat CHRISTUS & c. Basil. Magnus, *lib. de Spiritu S. cap. 8. Tom. 2. fol. 306. c.* Petra dicitur CHRISTUS, eo, quod validum sit & inconcussum, & quavis arce tutius propugnaculum ipsi fidentibus. Adde his Anselmum *in loc. Matth.* Et super hanc Petram, Venerab. Bedam. *Tom. 3. fol. 70.* Haym. *Homil. in d. Petr. & Paul. p. 440.* Lyran. *Et super hanc Petram,* quam confessus es, i. e. CHRISTUM. Auctor *Gloss. interlinear;* Petram, i. e. CHRISTUM, in quem credis. & c.

§. 14. Hæc interpretatio congruit optimè consuetudini CHRISTI, qui frequenter suam orationem gestu juvans SE IPSUM digito monstravit, occasione arreptâ è re natâ, ut liquet ex Johani. *cap. 2. vers. 19.* *λύσατε τὸν ναὸν τῆτον,* meum videlicet corpus. *c. 4. v. 13.* Qui biberit ex aqua hac. & c. monstrabat sc. seipsum. Conf. *Matth. c. 26 v. 26.* Observatâ hac CHRISTI consuetudine facile est etnere sensum Loci præsentis, quod sc. *τῆ τᾶυτη τῆ πέτρας, δεικνύων,* intelligi debeat & retro ad ipsum CHRISTUM referri. Sic & probè intellexit Augustinus, uti legere est *Serm. 13. de verb. DOMINI secundum Matth.* Quia enim CHRISTUS *Petra* & c. usq;. Et non Petra super Petrum. Item *in Johani. Tract. 124.* Ecclesia non cadit, quoniam fundata est super Petram, CHRISTUM, & c. *It. lib. 2. de Trin. c. 17. Et cap. 18. de fid. operib.*

§. 15. Commendat D. Lutherus præprimis hac in re B. Augustini solidissimam interpretationem, quam tantam rectam retineamus; Posthabitis etiam, *inquit,* vetustis Doctoribus, quos Papa & sui pro se hoc loco allegant, sequamur unam & simplicem hujus loci sententiam Sancti Augustini, quæ & analogâ est fidei, & Grammaticam quoq; rectam habet. Nam necesse est, unius Locitantum unam esse propriam, certam & veram sententiam. Cæteræ sunt opiniones dubiæ & incertæ, quæ

quæ fugiendæ sunt in Sac. Literis. Est autem Augustini hæc sententia, quod CHRISTUS distinctè loquatur, *primò* ad ipsum Petrum, dum dicit; *Tu es Petrus*. Quod sic intelligi debet secundum illam suavem CHRISTI *Ἰερωνίμου* inter suos: *Wollan / du bist doch ja recht Petros, dann du triffest den Petram, den Felsen und rechten Grund / da es auff stehet und stehen muß.* *Secundò* ad seipsum dicens; *Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. SUPER HANC, *id est*, super ME, non super te; quia non dicit; *Tu es Petrus, & super Te Petrum*: sed *super hanc* (id est Me) *Petram ædificabo Ecclesiam meam*. Sic S. Augustinus; *Non*, inquit, *Me super te*; sed *te super Me ædificabo*. Quia necesse est ipsum Petrum super petram CHRISTUM ædificari. Hæc sententia S. Augustini satis perspicua & propria est, quia ædificare non potest intelligi super Petrum, cum non dicat; super te; sed *suprà* hanc Petram. &c. *Tom. 5. Latin. Witeberg. fol. 62.*

§. 116. Sudes illa Augustini dexteritas est in oculis Pontificiorum, hinc contra illum, quem unum adoriuntur, neglectis, aut certè dissimulatis aliis, excipiunt Agricola, Costerus, Stapletonus, Bellarminus; Lapsum esse, *dicentes*, ex ignorantia Linguæ Hebraicæ & Syriacæ, ut crederet, *Cepham* non significare Petrum, sed aliquid à Petrà derivatum. Resp. (1) Per malitiam Pontificii heic Augustinum ignorantia accusare præsumuntur, quia ille ab illorum opinione dissentit. Posito vero (2) Augustinum Linguam Syriacam heic non attigisse, Id tamen inperitiam Ei non imposuit: Habebat enim CHRISTI sententiam *ἡ Ἰερωνίμου* expressam, verbis (non Hebraicis, aut Syris, sed) *Græcis*, quorum ignarum fuisse, quis dicet non impudens? Itaque cum Marthæum Græcè legeret, non erat ei necesse ulterius laborare. Et sanè à nomine *Cepha* ille nunquam argumentatur, sed à *Petro* & *Petrà*, quæ Græca sunt. Deinde (3) Res erat non simpliciter Grammatica, sed Theologica: Notum autem est, Augustinum Theologiæ fuisse peritissimum. Sicut igitur in reliquis Religionis capitibus poterat suam sententiam dicere, etiamsi Hebraici vel Syriaci contextus pleraq; non animadverteret, quæ sunt in verbis posita; Ita neq; eo hic rejiciendus erit, si quid Syris *Cephas* esset, non exactè attendisset. Firmamentum explicationis suæ facit effatum Apostolicum; CHRISTUM esse unicum & immotum Ecclesiæ fundamentum. *1. Cor. c. 3. v. 11.* quo firmissime & nos nitentes, gloriam dicimus SUMMO MONARCHÆ, ÆTERNO DEO!




DE MONARCHIA ECCLESIASTICA

firmissima rupi tota innititur, & ab eo tum robur
conservationem & durationem perpetuam obtinet
adversus eam prevailere non possunt.

§. 13. Propterea & Patres & eorum sequaces
Ecclesie suae personale fundamentum & petram
de se ipso loquitur, agnoscunt. Tertullianus *adversus*
Imponit & Petro nomen. & c. Hilarius *lib. 2. de Trin.*
est immobile fundamentum. & c. Greg. Nysenus
contra Judaeos. Theodoretus *in Psal. 47.* Aedificavit
Idem *in 1 ad Corinth. c. 3.* CHRISTUS est fundam
entum. *Serm. 48.* Petra autem erat CHRISTUS & c. Ba
rith *S. cap. 8. Tom. 2. fol. 306. c.* Petra dicitur CHRISTUS
fit & inconcussus, & quavis arce tutius propugn
at. Adde his Anselmum *in loc. Matth.* Et super hanc
Petram. *Tom. 5. fol. 70.* Haym. *Homil. in d. Petr. & Pau*
per hanc Petram, quam confessus es, i. e. CHRISTUS
linear; Petram, i. e. CHRISTUM, in quem credis. &

§. 14. Haec interpretatio congruit optimè
qui frequenter suam orationem gestu juvenis SE
stravit, occasione arrepta è renata, ut liquet ex
λύσατε τὸν ναὸν τῆσθου, meum videlicet corpus.
ex aqua hac. & c. monstrabat sc. se ipsum. Conf.
servata hac CHRISTI consuetudine facile est er
sentis, quod sc. *ἡνὶ ταύτη τῆ πέτρῃ, δαυλιῶσ*
trò ad ipsum CHRISTUM referri. Sic & probè int
legere est *Serm. 13. de verb. DOMINI secundum Ma*
STULS Petra & c. usq;. Et non Petra super Petram
124. Ecclesia non cadit, quoniam fundata est sup
& c. *It. lib. 2. de Trin. c. 17.* Et *cap. 16. de fid. operib.*

§. 15. Commendat D. Lutherus præprin
ni solidissimam interpretationem, quam tartar
Posthabitis etiam, *inquit,* vetustis Doctoribus,
hoc loco allegant, sequamur unam & simplicem
Sancti Augustini, quæ & analogà est fidei, & Ge
stem habet. Nam necesse est, unius Locitantur
certam & veram sententiam. Cetera sunt opini



the scale towards document

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 05A